



**R. P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère <1543-1623>**

**Mogvntiæ, 1617**

Libri XXVIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78477](#)

te vero, tanquam patiente, sufficiat si præcesserit voluntas suscipiendo non reuocata; etiam si nullus sit cum sacramentum ipsum perficitur; ut si dormiat, vel ebrios sit, vel morbo aliquo gravi oppressus sit, ex eodem cap. Maiorem in fine.

Disputari solet, An quando gratia receptio, & peccatorum tam quoad peccatum, quam quoad culpam, remissio, impedita est per indispositionem suscipiens. An inquam (posito quod valida fuerit collatio) recedente eadem indispositione recuperetur ipsa gratia, ac peccatorum remissio. De quare fuisse disserit Suarez disput. 28. sect. 4. & sequentibus. Sed ad nostrum institutum sufficit monere, communem Theologorum sententiam esse, cum qui defecta fidei vel penitentiae non est consequitus predictos effectus; illa fictione recedente per veram contritionem; virtute baptismi valide suscepti, consequi gratiam baptismalem, & remissionem, tam quoad peccatum, quam quoad culpam omnium peccatorum, ante illum commissorum. Quod probatur. Tum auctoritate cap. Tunc valere, De consecr. dist. 4. cuius verba sunt. Tunc valere incipit ad salutem baptisimus, cum illa fictione veraci confessione recesserit, qua (corde in malitia, vel sacrificio perseverante) peccatorum ablutione non sinebat fieri. Tum etiam ratione quia peccatum origi-

nale remittere, & hominem regenerare ad vitam æternam, est proprius baptismi effectus: iuxta illud Ioan. 3. nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto non potest introire in regnum Dei. Cum ergo certum si peccatorem, per veram contritionem conuersum ad Deum consequi gratiam & remissionem peccatorum suorum: iuxta illud Ezechielis 18. Conuertimini & agite pœnitentiam ab omnibus iniurias vel tristis, & non erit vobis in ruinam iniurias] dicendum est ipsa interuenient, tanquam fictione recedente baptismum sortiri illum suum effectum: ne dicatur, aliter quam per baptismum patere aditum ad regnum cœlorum: quod repugnat citatis verbis Domini nostri.

Si queras, an ad tollendam talem fictionem sufficeret possit attritio? Respondeatur negative; nisi accedat sacramentalis absolutione: quandoquidem illa ipsa fictione peccatum est mortale. Vbi aduerte, peccata quidem commissa ante baptismi susceptionem non subiici Ecclesie clauibus subiectam tamen ea quæ committuntur in ipsa susceptione, ut animus vindictæ vel alius mortaliter malus. Cum enim talia impediant eiusdem susceptionis efficaciam, nequeunt quando adiungi, per baptismum tolli: ut nec alia post hunc commissa. Vnde remedium aduersus ea institutum est Sacramentum Pœnitentia: cuius capaces sunt baptismi ipso initiati.

LAUS DEO.

74

# LIBER TERTIVS, ET TOTIVS OPERIS VIGE- SIMVS OCTAVVS.

DE SACRAMENTIS CONFIRMATIONIS, POENI-  
tentiae, & Extremæ unctionis.

PRO O E M I V M .

**V**A de tribus istis sacramentis pro ratione nobis proposita iudicandi de peccatis, hic occurunt dicenda, pauciora sunt, quam ut distinctis libris tradi debeant. Illa igitur unico comprehendemus, contenti distinctione in duos tractatus, quorum prior sit de Confirmatione, & posterior de Pœnitentia, & Extrema unctione.

## TRACTATUS PRIOR

*De Confirmatione.*

**V**M Magistro in 4. sentent. dist. 7. & D. Thom. 3. par. q. 72. tum antiquiores, tum recentiores, Theologi scholastici agunt de sacramento Confirmationis itemque plures alii, quorum meminit Henriquez in sua Summa in initio libri tertii: & apud Gratianum habentur de eo aliquot canonies, De consecr. dist. 5. Seruabimus autem eandem methodum, quam in precedentibus, agendo de baptismo.

## CAP V T I.

*De nomine, definitione, institutione, & necessitate Confirmationis.*

## S V M M A R I V M .

1. Confirmationis baptismo succedit: & quo ordine.
2. Unde via: i. illius nomina.
3. Definitione Confirmationis.
4. Institutione est à Christo Confirmationis, & quando.
5. Non est necessaria simpliciter, necessitate nedij.

**I**NTER sacramenta, Confirmationis proxime succedit baptismo: non quidem ordine dignitatis, aut necessitatis,

sed generationis, ut Henriquez ait in cit. libro tertio, cap. 1. §. 2. quia statim confertur baptizato, ut Deus illud quod per baptismum est operatus, confirmet: per augmentum spiritus talis gratia: firmum, robustumque redditum hominem ad superandas diaboli tentationes, & ad confessandam, defendendamq; fidem, qua in ipso baptismino professus est. De qua re Melchiades Papa prout referitur in c. Spiritus sanctus, distincte ante citata ait: Spiritus sanctus q. super aquas baptifici salutifero descendit lapsu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam: in confirmatione augmentum præstat ad gratiam. Et quia in hoc mundo tota agate visituris inter viventes hostes, & pericula gradierendum est: in baptismino regeneramur ad vitam, post baptismum confirmamur ad pugnare in baptismino abluimur, & post baptismum roboramur, &c.

Vnde satis liquet sacramentum istud dici confirmationem à proprio suo effectu, sicut à sua forma dicitur à Patribus, tum consignationis sacramentum, tum signaculum Dominicum, tum signum Christi: & à materia dicitur, tum sacramentum chrisma: is, tum inunctio, tum oleum sanctificatum, tum sacramentum unguentum: ac demum à ritu ipsius dicitur impositione manuum. De quibus videri potest Greg. à Valen. tom. 4. disput. 5. quest. 1. punto 1. sub initium.

Ex communione autem Theologorum, & Canonistarum sententia (prout notat Nauar. in Enchir. cap. 22. num. 8.) definiri potest Confirmationis quod sit sacramentum unctionis christiana.

christinatis copsecati, quo Episcopus fronte baptizati inungit sub certa verborum forma. In qua definitione locum generis tenet sacramentum. Intellige autem ex Concil. Florent. in instruct. Armen. & ex Concil. Trid. scil. 7. can. i. De confirmatione: *verum & proprium nouae legis, d. unitus institutum.* Quod haretici nostris temporis negantes bene refelluntur à Greg. à Valen. in citato punc. 1. & à Bellarm. tom. 2. controver. lib. vniuero De confirmatione cap. 2. aliquotque sequentibus. Itemque à Suarezio disput. 32. scil. 1. Quia in re immorari est alterius instituti. Cetera quæ in definitione sequuntur, tenent locum differentia sumptu ex huic sacramenti causis, de quibus postea: nempe ex materiali remota, quæ est christina consecratum: & ex propinquia, quæ est baptizati inunctio in fronte: & ex efficiente seu ministro, qui est Episcopus: & denum ex forma: quæ proponetur in sequenti cap. 3.

4. Porro quoad institutionem confirmationis: sicut certum est de fide eam esse nouæ legis sacramentum: sic etiam est, eam esse à Christo institutam: quandoquidem in Concilio Trident. scil. 7. can. i. De sacram. in genere: is anathematis subiicitur, qui dixerit sacramenta nouæ legis non fuissent omnia à Iesu Christo Domino nostro instituta. De qua re late Suarez disput. 12. scil. 1. Et ratio est quam idem quoque habet in sequenti disput. 32. scil. 2. tum quia institutione sacramenti pertinet ad potestatem excellentiæ, quam Christus solus habuit: tum quia idem solus potuit effectum gratiæ infallibiliter promittere per signum sensibile.

Addit Suarez ibidem, hanc institutionem factam fuisse à Domino nostro ante Ascensionem ipsius in cælum: cum non sit dubium ante illam fundasse suam Ecclesiam, quod fundamenta eius potissimum, qualia sunt septem sacramenta. Quando vero tunc facta sit consequenter differit, & maxime probabile iudicat, quod promissionem & instructionem Apostolorum, datam de hoc sacramento, factam esse in nocte cena ultimæ. Nec enim assignari potest tempus conuenientius quam illud, in quo Christus nōnum Testamentum condidit, & toties Spiritum sanctum promisit. Quoad statum vero cum in quo confirmatio ipsa possit administrari & recipi: factam esse eamdem institutionem post Domini resurrectionem, quando Apostoli constituti sunt Episcopi, Domino dicente ipsis, Ioann. 20. Accipite Spiritum sanctum, &c. ] quandoquidem prout postea diceatur, ordinarius confirmationis minister est Episcopus. Quæ omnia pluribus discutere est instituti scholastici, & remotius à ratione iudicandi de peccatis nobis proposita.

5. Iam quoad necessitate. Consentunt Theologi sacramentum confirmationis non esse necessarium simpliciter, & necessitate, ut vocant, medijs. Quod patet tum ex cap. 1. & 2. De confessat, distinet. 5. ex quibus habetur sacramentum istud non dare gratiam ad vitam spiritalem: sed gratia augmentum, ad perfectionem, & ad corroborandum in pugna contra vitia & Diabolum, & ad mundi huius agones. Id quod bene declaratum, Parochi habent in Catechismo edito iussu Concil. Trid. cap. De confirmatione. Tum etiam ex eo, quod infantes iudicentur suscepimus baptismos saluari posse sine hoc sacramento. An vero sit necessarium necessitate precepti, patet postea, cum inquiretur, An de suscipienda confirmatione datum sit preceptum.

## CAPUT II.

## De materia Confirmationis, ac primo de remota.

## S V M M A R I V M.

6. *Materia remota confirmationis est christina: quod an de necessitate sacramenti debet habere oleum admixtum balsamum.*
7. *Ex cuius olei & balsami admixtione constare debet, & cur modicum balsami sufficiat.*
8. *An necessarium sit necessitate sacramenti, ut christina sit benedictum ab Episcopo.*
9. *Materia confirmationis propinquia, est unctio baptizati, ab Episcopo facta ex christina, &c.*

10. *Quantitas christinatis requisita ad talem unctionem: & quæ ratione hæc debet fieri.*
11. *Imposito manuum necessaria ad hoc sacramentum: quodque sola sine christina non sufficiat.*

C O M M U N I consensu docent Catholici, materiam huius sacramenti esse christina ex oleo & balsamo confectum, & ab Episcopo iam consecrato benedicatum. Ita enim a parte statuitur in Concilio Florent. in instruct. Armenorum, & abunde confirmant quæ referuntur à Bellarm. in cit. lib. De sacramento confirmationis cap. 8. & 9. apud ipsum videnda. Verba Concilij Florent. sunt haec. Secundum sacramentum est confirmationis: huius materia est christina confectum ex oleo, quod nitorem significat conscientia, & ex balsamo, quod odorem significat bona fama, per Episcopum benedicto.

Quod si queras, an solum oleum sit materia necessaria necessitate sacramenti, sicut vinum in Eucharistia, ita ut validum esse possit confirmationis sacramentum, quantu[m]que oleo non admisceatur balsamum: sicut valida esse potest consecratio calicis, quantumcumque vino non admisceatur aqua. Respondeatur de ea re diuersas esse sententias, quas refert Greg. à Valen. to. 4. disput. 5. quæst. 1. puncto 2. Ducas autem esse potissimum, quarum neutram de fide esse monet Bellar. in memorato cap. 9. sub finem, in responsione ad tertiam obiectionem. Prior est quam Suarez to. 3. disput. 33. scil. 1. dicit 4. propugnat, balsamum necessarium esse necessitate sacramenti. Posterior vero quam Greg. à Valen. loco citato defendit est, balsamum necessarium esse tantum necessitate præcepti sive Ecclesiastici, sive etiam Christi: ita ut illius omissione, crimen quidem committatur: non ideo tamen sacramentum censendum sit nullum. Quicquid autem sit in speculatione, certum est in praxi eam admixtionem nullo modo esse omittendam, tum propter cetera quæ virget bene Suarezitum etiam propter relatum Concilij Florent. decretum, ac propter nunquam in Ecclesia intermisum confutacionem admiscendi oleo balsamum in materia huius sacramenti.

Sirurus quæras, An ex quois oleo & balsamo fieri possit christina? Respondeatur communem Ecclesiarum fatus ostendere quod oleum debeat esse oliuarum. De balsamo autem, cum præter Orientale ex Palestina, jam habeatur Occidentale ex India: constare ex Summorum Pontificum Pauli tertij & Pij quarti declaratione. (cuim ibid. ad 3. meminit Suarez) sufficere posse illud quod ex India defertur, erat forte diuersa specie sit ab alio; quia non est fictium, neq; adulterium, sed naturale & verum: utpote quod, sicut olearum differat, in flagrantia boni odoris, & in aliis proprietatis bus atque effectibus tantam habet conuenientiam cum illo alio, ut simpliciter & absolute balsamum dici possit; atque adeo iudicari aptum ad sacramentum confirmationis. Sicut propter similem rationem, vinum album, etiam à rubro differat colore, ac forte etiam specie: quia tamen vinum est simpliciter, censeretur apta materia sacramenti Eucharistiae.

Adverte obiter, quod Suarez subiicit, balsamum in modica quantitate admisceri oleo; quia de natura materiæ huius sacramenti non est ut secundum omnes partes sit mixta ex oleo & balsamo: sed ut tota sit odorifera, quod maxime pertinet ad significationem, sicut fieri potest per mutuam alterationem secundum qualitates.

Si demum quæras, An sit necessarium necessitate sacramenti, an solù necessitate præcepti, ut christina benedicatur ab Episcopo, ita ut sacramentum administratum cum christina benedicte tantum à Sacerdoti, reputari debeat invalidum? Respondeatur id in speculatione magnam difficultatem habere, alij affirmantibus necessarium esse necessitate sacramenti, alij idem negantibus (quos postea resupponitur Greg. à Valen. sub finem citati puncti secundum, priores vero, Suarez in sequenti scil. 2.) remque esse quæ definitionem Ecclesiarum requirere videatur. Quod ad proximam vero cerum ex citato decreto Concilij Florentini, & ex perpetuo Ecclesiarum fusu, non alio christina, quam benedicte ab Episcopo, potendum esse in confirmationis collatione. Adverte vero obiter pro ipsa praxi, necessarium esse necessitate præcep-

pti, non

REGI  
PRA  
TORI  
E.

prī non tamen necessitate sacramenti, christī sit nouum illius anni, & vetus exuratur, ex cap. Litteris De consecrat. dist. 3. & ex cap. Si quis de alio, dist. 4. sequenti.

## RELIQVA PARS CAPITIS.

De materia Confirmationis propinquus.

Materiam confirmationis propinquam suorum Pontificum, Conciliorum, & Patrum autoritate Bellarum. in citato libro de confirmatione cap. 8. pr. prof. 4. tratat esse vñctionem chrismatis, ad crucis figuram in fronte baptizata. Qua de re plenius Suarez disput. 33. sect. 3. Vbi vñctionem esse chrismatis bene ex eo probat: quod materia propinqua sacramenti sit actualis usus materiæ remota, circa cum qui sacramentum recipit. Vnde sicut in baptismate materia propinqua est ablution; ita & in confirmatione, erit chrismatis vñctio. Atque quod ea fieri debet ad figuram crucis idem probat, tum aliunde, tum ex communione Theologorum sententia: & ex forma essentiali huius sacramenti, qua talis materia verbis exprimitur. Illa enim est, Signo te signo crucis, & cōfirmo te chrismate salutis. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Quodq; demum fieri debet in fronte. Estat ex fine, sive ex primario huius sacramenti effectu; qui est Spiritus sanctus datus ad robur, ut Christianus auctoriter nomen Christi confiteatur. Ideo enim ut habeat Concil. Florent. inst. 4. Non in fronte, vbi verecundus sed est, confirmans inungitur, nec Christi nomen confiteri erubescat: & præcipue crucem eius, quæ Iudæis est scandalum. Gentibus autem stultitia: propter quod crucis signo signatur.]

Vnde pro præxi colligi potest, sicut ad baptismum, tantum aquæ requiritur & sufficit, quantum sat esse potest ad ablutionem: sic etiam in hoc sacramento tantum chrismatis requiri & sufficere, quantum esse potest ad vñctionem in figura crucis faciendam in fronte eius qui confirmatur. De quo in ead. sect. 4. Suarez Consequenter ex pontificali Romano addens, talem vñctionem debere fieri, pollice dexter manu Episcopi intincto chrismate: idque necessarium esse necessitate præcepti: cum res sit grauis, seruata in Ecclesia, & prescripta in ritu administrandi hoc sacramentum. Non esse vero necessarium necessitate sacramenti: ita sacramentum non debet conferri nullum, si contingat eiusmodi vñctionem fieri alio digito. Secus esset autem, si ea fieret penicillo aut alio simili instrumento; quoniam cum aliqua impositione manuum administrandum est hoc sacramentum.

Quæ minimum est illa qua vñctio ipsa perficitur: & de qua Bellarum, in cit. cap. nono, non longe ab initio, & Suarez in sequenti sect. 4. dicunt intelligi posse, illam impositionem manus, cum qua in Actis Apostolorum cap. 8. & 19. datus est Spiritus sanctus. Nec obstat quod in citato Concilio Florentino dicitur loco manus impositionis Apostolica, dari in Ecclesia confirmationem. Nam, vt Suarez ibidem circa medium ait, verba ea possunt sic accipi, vt significent, non quidem sacramentum, quod in Ecclesia nunc datur, diversum esse substantialiter ab eo, quod datum est ab Apostolis: sed quod etiam Episcopi confirmantes, id nunc faciant vñctendo, quod tunc Apostoli imponendo manus: non faciant tamen cum tanta spiritalium effectuum & gratiarum excellentia.

Quamvis autem non desint, qui intelligent eam manum impositionem factam esse simpliciter ab Apostolis sine vñctione (eorum meminit Suarez in eadem sectione non procul ab initio) tamen quia loca ex Actis Apostolorum ante memorata, Catholici ad hoc sacramentum solent accommodare: possumus retinere allatam interpretationem impositionis manuum de facta cū vñctione, quandoquidem simplex manum impositione sine vñctione, non est Confirmationis sacramentum, sit patet ex antedictis: & confirmationis receptus in Ecclesia vñctus illud conferendi. Neque si concedamus factam ab Apostolis manuum impositionem fuisse simplicem, & nihilominus habuisse effectum, cuius antea meminimus borandi: ideo compelletur recedere à nostra sententia: quia tenere poterimus, quod Suarez habet

in ead. m. sect. 4. sub finem: illud non fuisse factum iuxta legem & institutionem sacramentorum, sed præter illam ex speciali commissione vel dispensatione Christi. Ideoque signum illud simplicis impositionis manuum, non fuisse verrum Confirmationis sacramentum quoad substantiam, sed tantum quod effectum: qui sicut per sacramentum Confirmationis ita & sine eo produci potuit Dei virtute: prout patet ex eo quod Apostoli induit fuit virtute ex alto, Actorum 2. itemque illi qui in domo Cornelii cepturionis (etiam ante suscepit baptismum) audierant D. Petrum prædicantem ex sequenti cap. 10. Videri potest in eadem sect. 4. Suarez.

## C A P V T III.

De forma Confirmationis &amp; eiusdem accidentibus seu ceremoniis.

## S U M M A R I U M.

12. Forma sacramenti confirmationis: & quod in ea debet fieri inueniatio signi & Trinitatis.
13. Non est necesse eam profere in eis indicati modi.
14. Ut vñctio fiat in fronte est necessaria confirmationis conditione, quantumcumque ea non exprimatur in forma.
15. Inter ceremonias confirmationis quatuor sunt que eadem accidunt.
16. Octo que eam comitantur: vñ sequuntur.

**C O N F I R M A T I O N I S** formam Concil. Floren. in instruct. Armenorum decernit esse eam, cuius ante num. 9. meminimus, Signo te signo crucis & confirmo te chrismate salutis. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Circa quam notandum est primo eam esse constitutuam essentiali huius sacramenti. Ad quod proinde nulla alia potest sufficere, nisi ei in sensu æquivalat. De quare plenus Suarez disput. 33. sect. 5.

Notandum est secundo, in ea cum expressione actionis sacramentalis, seu materiæ propinqua (de qua in præced. cap. parte posteriori) coniungit inuocationem sanctissima Trinitatis: quia sacramentum istud perfectio quedam est baptismi (prout etiam est a Melchiade Papa in epist. ad omnes Hispanie Episcopos, quæ habetur in tomo 1. Conciliorum) conferens baptizato robur ad standum in fide quam profectus est in baptismate. Etenim. Quia ad Imperatorem pœnit, non solum signum militum, sed etiam armis competentibus eum instruere: ita etiam contemporaneum fuit Christum Dominum per baptismum nos adscribere militię suæ: & per Confirmationem dare adiumentum militie. Item siue parens magnas facultates pupillo relinquens, ei natim prouidet de tute: ita in hoc sacramento consentaneum fuit baptismate regeneratis dari Paraclitum, vt sit eius custos, consolator & tuor: prout memoratus Pontifex loco citato argumentatur.

Hinc igitur est, cur in administratione confirmationis perinde ac baptismi fiat expressa inuocatio sanctissime Trinitatis, nempe quod sicut in baptismate professio fidei: & in confirmatione robur datur, non obstantibus hostiis impugnationibus, persistendi in eadem professione fidei: inter cuius mysteria, illud Trinitatis præcipuum est, & ceterorum fundamentum. Adde, quod sit etiam causa præcipua roboris spiritialis, quod datur in Confirmationis sacramento: finis item, ad quem id ipsum ordinatur, sit vt homo ipsi sanctissimæ Trinitati adhucreat inseparabiliter.

Notandum tertio, non esse necessario proferenda prædicta verba in prædicti indicati modi, signo te, &c. satis enim esse, si dicatur per modum precationis: nempe Signo illum Domine signo crucis: vel, signet te Deus sigillo fidei sue, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Quod etiam notat Suarez in cit. sect. 5. non longe ab fine. Erratio est, quia nihil interest, an actio sacramentalis exprimatur in actu sacramentali secundario, qui exercetur a ministro: an in prædicto, qui exercetur a Deo. Quod confirmatur per ea quæ in prædicto lib. c. 4. sectione posteriore dicta sunt, de forma

baptismi

12.

13.

NAL  
XIS

baptismi, quæ ob paritatem rationis possunt ad formam Confirmationis accommodari.

14.

Notandum est quarto, quod et si in propositis verbis non exprimatur sacramentalis vocationis conditio qua fieri debet in fronte (*sicut exprimitur ea, qua fieri debet ad figuram crucis*) illam tamen, sicut hanc, esse in praxi necessario seruandam. Quæ necessitas indicatur in cap. Nouissime, De consecr. dist. 5. cum vocatione chrismati, qua ab episcopo inungitur baptizatus, distinguitur tanquam per propriam differentiam, ab ea qua idem inungitur a Presbytero; quod illa sit in fronte, & haec in vertice capitis: vnde licet colligere, quod non magis perficeretur hoc sacramentum, si in alia parte vocatione chrismatibus Episcopo fieret, quam si Extrema vocatione a Sacerdote conferretur, inungendo alia membra, quam quæ in Ritu ecclesiastico determinantur. De quibus in sequenti tractat.

15.

Quod attinet ad sacramenta confirmationis accidentia seu ceremonias (*de quibus B. I. in eodem lib. De confirmatione cap. ultimo, & Suarez in sequenti disputatione 37.*) notandum est quatuor esse, qua ante collationem confirmationis adhibentur in consecratione chrismati. Prima est, vt benedicitur balsamum per orationes & signum crucis. Secunda, vt benedicatur oleum per orationes & signum crucis. Tertia, vt Episcopus aliquies habet super ampullam chrismati. Quarta, vt chrisma iam consecratum salutetur ab Episcopo & Presbyteris verbis, Ave sanctum chrisma. Quas cæremonias contra calumnias haereticorum, defendunt memorati autores. Nobis sufficit esse in Ecclesia passim videntatas.

16.

Oto vero cæremias esse Bellarm. meminit, quæ præter essentiale, de qua prius dictum est, in collatione Confirmationis, aut post eam adhibentur. Prima est, vt susceptor seu patrinus adsit, de quo nonnulla prescribuntur, quæ videre potest qui volat apud Sylvestrum in verbo Confirmationis diuina, in fine: & addere ex D. Tho. 3. par. quæst. 72. artic. 10. ad 3. nihil referre sive masculus sit, sive foemina qui in confirmatione suscipit, iuxta illud ad Coloss. tertio, In Christo Iesu, non est masculus nec foemina. De affinitate spirituali quæ inde contrahi censemur, dicetur suo loco, cum de matrimonio.

Secunda est, vt dicantur ab Episcopo variæ preces super confirmandum, tam ante, quam post sacramenti collationem. Tertia, vt ab Episcopo pax confiriato detur in signo accepta gratia Spiritus sancti; cuius effectus, pax est. Quartæ, vt Episcopus confirmatum leuiter manu cædat, vt intelligat se ad ignoriam crucis, & verbera pro Christo sustinenda paratum esse debere. Quinta, vt getur frons fascia, ne chrisma diffundat: quæ quando gestanda sit, indicandum est ex consuetudine recepta, & ex necessitate expectandi donec chrisma exsiccatum sit, iuxta ea quæ Suarez tradit loco cit. scilicet 2. condit. 7. Sexta vt ad septem dies non lauetur caput seu frons. Septima vii in sabbatho Paschæ & Pentecostes detur confirmatione sicut & baptismu, cui adiungitur ad perfectionem & gratie incrementum. Octana, ut a ieumino & expiatio a peccatis accipiatur, ex cap. V. ieumini: itemque detur, ex cap. Vt Episcopi De consecr. dist. 5. In quibus tamen duabus postremis conditionibus postea facta est mutatio; in priore quidem quoad tempus: in posteriori vero quoad ieumino, quemadmodum notat D. Tho. 3. p. q. 72. art. 12. ad 1. C. Addens ad tertium, congruum tempus conficiendi chrismati esse diem Corpus Domini. De qua re plura Suarez in citata disputatione 37. scilicet 1. in quæ cæremia: sicut & de oleo ac vase, in quo confici debet: quem confessuro relinquemus videndum.

Obiter autem monendum occurrit, quo tempore conficitur chrisma, Parochos debere ad illud sibi comparandum mittere, ex cap. Omni tempore De consecr. dist. 4.

nec ipsos posse ut alio in sua Ecclesia, quam consecrato a proprio Episcopo loci, ex cap.

Presbyteri eadem di-  
stinct.

## CAPUT IV.

De ministro confirmationis: deque eam sufficienibus.

## SUMMARIUM.

- 17. Ordinarius confirmationis minister est Episcopus consecratus.
- 18. Presbiterius ex commissione Papæ potest esse Sacerdos.
- 19. Nulli non Sacerdoti potest esse ministerium committi.
- 20. Quicunque Episcopus est minister sufficiens ad validitatem huius sacramenti.
- 21. Quando contingat Episcopum peccare respectu istius ministerij sui.
- 22. Omnis baptizatus capax est sufficiende Confirmationis, antepti in verò suscepit, nullus.
- 23. Quo tempore Confirmationem pueris baptizatis confiri conueniens sit.
- 24. Nullus ordo, immo nec prima tonsura, sufficiit debet ante confirmationem, etiam si contra facere, non sit mortale de se.

D E ministro confirmationis fatis fuit Suarez, disput. 36. Quid tenendum sit aliquot propositionibus indicabimus.

Prima est: Ordinariū ministrū confirmationis esse Episcopum consecratum. Pro qua varios autores refert Greg. à Valent. to. 4. disput. 5. quæst. 2. puncto 1. camque late aduersus haereticos propugnat Bellarm. lib. De confirm. cap. 12. & variis autoritatibus atq; rationibus stabiliter Suarez loco cit. scilicet 1. Sed sufficit nobis quod sit tenenda tanquam de fide, vt pote quæ definita est in Concilio Florentino in instruct. Armenorum, & in Concil. Tridentino scilicet 7. De confirm. can. 3. & scilicet 23. cap. 4. & can. 7. Quibus adde canones qui habentur, De consecr. dist. 5. in principio. Adde & Ecclesia consuetudinem receptam, iam inde a temporibus Apostolorum, vt colligitur ex cap. 8. & 19. Auctorum, vbi leguntur Apostolorum confirmationes ab aliis baptizatis. Quod fecisse tanquam Episcopos communis Ecclesiae consuetudo interpretata est. Qua de re Suarez pluribus in citata disput. 36. scilicet 1. dist. 2.

Secunda proposito est: Posse simplicem Sacerdotem hoc sacramentum ministrare ex commissione Papæ. Hæc quoque ut certa tenenda est per decretum Concilij Florentini in citata instruct. Armenorum: quo Episcopus ita statuitur huius sacramenti minister, vt simul approbetur, quod aliquando per Apostolicæ Sedis dispensationem ex rationabilis & virginis admodum causa, simplex Sacerdos chrismatum per Episcopum confecto, administraret hoc ipsum confirmationis sacramentum. Cuius dispensationis exemplum habetur ex D. Gregorio in cap. Peruenit dist. 95. De quo late Suarez in sequenti scilicet 2. Satis erit notare quod habet Greg. à Valent. loco cit. vtriusque esse ex institutione diuina; & vt Episcopus sit huius sacramenti minister ordinarius, ac in potestate propria per Episcopalem consecrationem suam: & vt Presbyter p. characterem & ordinem suum sacerdotalem, sit extraordinarius minister, ac in potentia tantum remota: vt pote qui requirit dispensari secum a Summo Pontifice ex plenitude sua potestatis, ob necessitatem; cui Christus instituit hoc sacramentum, voluerit esse confutatum. Quandoquidem conueniens fuit, vt in absencia Episcopi, fideles non carerent omni commoditate obtinendi istud sacramentum, & habendi sufficientem illius ministri. Ad quod facit quod certum sit, ratione necessitatis ex Christi institutione, ministros baptisini dari non tantum ordinarios, sed etiam extraordinarios aliquos pro casu necessitate, etiam laicos. Vnde sicut aliquis horum in tali casu baptizans, non agit contra, sed secundum diuinam institutionem: ita nec simplex Sacerdos in simili casu ex dispensatione Papæ conferens confirmationem, prætergreditur Christi institutionem, sed illam exequitur, vt bene ait Gregor. à Valent. subiungens aliquos contraria errores, post Sotum in 4. distinct. 7. que in via art. 11. qui eos bene referat.

Tertia propositio est: Nulli clero, neq; laico posse hoc ministerium committi, præterquam Sacerdoti: nec ab alio, quam a Summo Pontifice ex causa rationabili. Hanc ex D.

ex D. Thoma approbatam ab alijs, tradit & abunde confirmata Suarez in *ut. scilicet. 2.* Sufficit fundamentum illius attigit. Nempe, quod in ijs quae sunt iuris diuini, absolute & implieiter dispensari non possit, nisi iuxta modum & mensuram ipsorum iure diuino statutam & concessam. Ius autem ministrandi hoc sacramentum, sit diuipum; lego ordinaria concessum solis Episcopis. Pro quo post Innocentium in cap. vnioco De sacra uincione §. penultimo, Concilium Florent. loco cit. in argumentum adfert, quod de solis Apostolis (*quorum vicem tenent E. i. & pi.*) legatur Actorum 8. & 19. quod per manus impositionem Spiritum sanctum darent; atque loco illius impositionis manus, Confirmatione datur in Ecclesia. Ex alterius vero commissione, quam Summi Pontificis; vel alteri, quam Sacerdoti facta: tale ius concedi posse Christi institutione, nulla traditio vel usus communis Ecclesie ostendit. Vnde non videtur esse afferendum, præterim eum constet, quod si alius quam Episcopus absque Pace consimilione confirmaret, sacramentum sit nullum, ex cap. Manus, De consecr. distinet. 5. & cap. Quanto, De confuerudine.

Quarta propositio est: Quemcumque Episcopum vere consecratum, sufficientem ministram esse huius sacramenti, etiam si haereticus sit, excommunicatus, aut degradatus; ita ut Ecclesia nequeat facere, quin sacramentum Confirmationis, ab eo datum sub debita materia & forma, ac intentione, sit validum, etiam si peccet illud ministrando. Hanc quoque late persequitur Suarez in *ead. disputatione. 36. scilicet. 2.* Sed nobis quoque sufficit fundamentum attigit: nempe, quod Episcopus institutione Christi sit ordinarius huius sacramenti minister: neque ex eo quod haereticus sit, aut alter ab Ecclesia praeculsius, desinat vere Episcopus esse, cum Episcopalis confratricatio delebilis non sit; sicut nec est iterabilis. Consequenter ergo erit de se verus Confirmationis minister, tanquam non priuatus ordine neque charactere, sed solum usu illius legitimus.

Ceterum cum ad pastoralem, quam Episcopus debet gerere curam' ouium suarum, spectet huius sacramenti diligens administratio (propter necessitatem feliciter, qua ex cap. Spirinus sanctus, De consecr. dist. 5. in hoc mundo vituris totaestate inter inuisibiles hostes, & pericula gradendum est) mortaliter peccat Episcopus ille qui multo tempore negligenter administrationem omittit, ex Anulo in verbo Confirmationis sacramentum §. 1. & §. 2. in verbo Confirmationis diuina, quest. 2. Quod pariter dicendum est de administrante indigne: sive per omissionem aliquam substantialium culpabilem, sive per notabilem irreuerentiam, quia administrat sine interiori dispositione, & sanctitate debita; aut non seruata circumstantiarum solemnitas, requisita ad tantum sacramentum. Quod eti si non est ad salutem absoluere necessarium sicut baptismus, est tamen dignitate maius illo, magisque venerandum, ex cap. De his, De concr. dist. 5. Addit etiam, quod ex Paul. & Sylu. habet Suarez in *disputatione. 38.* peccare quoque grauiter, confirmantem in sua diocesi eos qui sunt aliena, aut in aliena dioecesi illos qui sunt sive, nisi ad id accepterit facultatem: quia illegitima est et talis administratione huius sacramenti, & dissidiorum foines, ideoque graue peccatum. Propter quod tamen non incurrit ipso iure censuram, aut irregularitatem aliquam: quia id non inuenitur in iure expressum.

## RELIQVA PARS CAPITIS.

De suscipientibus Confirmationem.

**D**E his etiam quid sit tenendum, aliquot propositionibus declarabimus.

Prima est: Omnem hominem baptizatum capacem esse Confirmationis. Hac patet ex cap. Omnes fideles. De consecr. dist. 5. Et confirmatur, quia omnes baptizati adscripti sunt militia Christi: in qua ad pugnandum opus habet roborare ipsos Spiritus sancti gratia. a Christo sine determinatione certarum personarum, fidelibus suis promissa. Quae gratia cu[m] effectus huius sacramenti: eiusdem capaces erunt omnes baptizati, seu adulti, seu infantes, seu viri, seu feminæ, seu sani, seu ægri, & sic de ceteris. Nec obstat quod aliqui ex

baptizatis non sint apti ad talim pugnam, vt infantes, & auctores, qui expertes sunt rationis. Nam etiam ipsi apti sunt ut armatur ad pugnam; & vt per characterem consignentur in milites Christiani: atque vt perfectionem, seu augmentationem gratiae habitualis recipiant: quod quidem est ipsos capaces esse huius sacramenti, ac esse etius illius. Quo effectu ipsos fraudari non est consentaneum: vt nec constitutos in articulo mortis. Videri potest Suarez disputatione. 35. scilicet. 2.

Secunda propositio est: Baptismo catenam non esse capacem Confirmationis. Hanc authoritatibus & rationibus probat Suarez, in *eadem disputatione. 36. scilicet. 2.* Satis nebis est, quod baptismus sit ianua aliorum sacramentorum: ita ut nemo sit corum capax, nisi baptizatus. Sic enim Ordo collatus ante baptismum non est sacramentum, ex cap. 1. & vlt. De presbyt. non baptizato. Accedit quod iuxta ante dicta Confirmationis perfectia baptizatum: & per consequens, illum præsupponat ut perfectibilem.

Tertia propositio est: Non expedire pueros confirmari ante usum rationis. Ratio est: quia hoc sacramentum non fuit institutum tanquam necessarium ad salutem: sed ad conferendum robur in pugna aduersus hostes, quibus in baptismis abrenunciamus mundum, inquit carnem, & demonem: cuius pugna, vt iam diximus, homines ante usum rationis non sunt capaces. Et sic consuetudo obtinuit, vt ante eudem usum confirmation non conferatur. Id quod ceremonia illa exiget, qua Episcopus confirmatum leviter cadit, vt intelligat se ignominiam & tormenta pro Christo pati debere: nihil enim tale intelligere potest, qui nondum habet rationis usum.

Si queras in qua erga etate debeat puero sacramentum hoc conferri? Aliqui respondent, exigendam esse etatem duodecim annorum: alii vero septem annorum. Vtrosque commemorat Suarez in *sequentia. 2.* Posteriorum autem, qui plures sunt & nobiliores, responsum præferenda videtur: rum ob rationes quas idem Author adfert, tum quia in eadem etate septem annorum, dari potest prima tonsura, vt per aliquot iura tradit glossa ad cap. vltimum verbo infantis, De temporibus ordinat. in 6. Tunc quia illuc escente rationis usu, expedit non multum differre hoc sacramentum, sed puerum innocentem præmuniri tanto auxilio, antequam grauiter peccare incipiat. Quamquam, vt addit Suarez, ob aliquam grauem causam conueniens esse posset, vt vel tempus illud anteuerteretur, vel aliud longius expectaretur, quod relinquitur prudentis arbitrio.

Quarta propositio est: Neminem debere illum ordinem: immo nec primam tonsuram suscipere, qui non sit confirmatus. Haec habetur ex Concilio Trident. scilicet. 23. cap. 4. Dereform. Quamquam ex Soto in 4. dist. 7. quest. vnioco art. 8. proposito, & dist. 24. quest. 1. art. 4. sub finem, & Nauar. in Enchir. cap. 22. nu. 9. qui secus faceret non peccaret mortaliter, quia nec Concilium ipsum Trident. in prohibet sub alia censura, aut alia forma quæ obligationem ad morale indicet: foliumque est indecentia quædam: neque omissione Confirmationis secluso contemptu, vt postea dicetur, peccatum est de semortale.

24.

## C A P V T V.

De precepto suscipiendi Confirmationem.

S V M M A R I V M.

25. *Magna quidem varietas est opinionum de difficultate, An suscepito Confirmationis sit in precepto: sed non esse, probabilitate teneri potest.*
26. *Objectiones in contrarium cum solutionibus.*
27. *Quatenus peccetur omissione Confirmationis.*

**M**AENAC controvèrsia est inter Doctores, num fidelibus baptizatis impositum sit sive à Christo, sive ab Ecclesia præceptum suscipiendi Confirmationis sacramentum. De qua Suarez disputatione. 38. scilicet. 1. refert quatuor sententias diuersas, ac bene illas ponderans amplectitur eam quæ negat esse aliquod præceptum, quia nullum habetur, non modo ex Scriptura sacra, sed nec ex traditione. Nam quod Sancti Patres auunt sacramentum hoc requiri ad plenitudinem

25.

tu perfec*ti* non hominis Christiani: vel ut quis simpliciter Christianus dici possit: intelligendum est de plenitudine abundantia: qua quis non modo Christianus est, & verus Christianus: sed etiam Christianus ad pugnam abundantiter roboratus: non vero de plenitudine sufficientia: seu necessariorum ad constitutendum aliquem sufficienter in esse hominis Christiani: quia per baptismum talis plenitudo habetur.

26.

Neque est quod quis obiciat, sacramenti huius institutionem esse à Christo, non enim aliquid est in precepto positum eo ipso quod insig*nitum* sit à Christo, ut patet de lauatione pedi & de consilio Euangelicis. Nec itē est quod quis obiciat eisdem sacramenti finem: perseverantiam, inquit, in fide, & obsequio Christi: Nam eti*m* ipsum sacramentum sit ad talem finem valde ve*te*, non est tamen necessarium: cum sint alia media ad illum consequendum: ut oratio, & aliorum bonorum operum exercitium. Nec demum est quod obiciat quis communem Ecclesie vsum: non enim solent communiter fideles ad hoc sacramentum suscipiendum induci, tanquam obligati necessitate imposita: sed tamen inuitati ad id quod est ipsius valde bonum & vtile. Vnde nullis confusis adstringi solent, neque virginaliis mediis indicantibus necessitatem impositam. Nec etiam procuratur, ut in articulo mortis constituti illud suscipiant, si nondum suscepint: quod fieri omnino deberet si de suscipiendo datum esset preceptum diuinum. Ipsius enim factum pro eo tempore obligaret, idque sub mortali, quandoquidem esset de re gravi. Nec item esse datum preceptum mere Ecclesiasticum, ex eo patet; quod Ecclesia in materia sacramentorum, non soleat vsum praecepere quoad eius substantiam, sed solum determinare tempus in quo is exercendus sit. In sua uerba huius sacramenti, nullum tempus determinauit.

27.

Ex his (quandoquidem peccatum non est sine precepto trahit gressione) consequens est, quod D. Thomas satis appetit indicat quod. 72. art. 8. ad 4 & citatis pluribus aliis habet loco citato Suarez: non esse de se peccatum mortale, sacramentum istud ex negligencia aut vercundia, scilicet contemptu, omittere, etiam toto vite tempore. Ex accidentia autem, addit idem, tum venia, tum mortale peccatum esse potest. Veniale quidem eo nomine, quod talis omissione censeatur irrationabilis quedam prodigalitas spiritualis, & quedam temeritas in adeundo certamine fidei sine tali adiumento. Mortale vero ratione contemptus, si quis pro nihil ducat hoc sacramentum, aut effectum illius, aut vile vel puerile existimet se illi subiungere. Item ratione scandali, si quis ita se gerat publice, ut alii exhibeat speciem contemptus. Ac demum ratione conscientiae, si quis persuaderet sibi, se non posse sine hoc medio, tentationem contra fidem vincere, aut se in mortali periculo esse, ne in tormentis supererit destitutus tali auxilio, illudque negligat nihilominus.

## CAPUT VI.

De effectibus Confirmationis, ac dispositionibus requisitis ad eorum consecutionem.

## SUMMARIUM.

- 28 Effectus Confirmationis, specialis gratia sacramentalis & character.
- 29 De modo quo in hoc sacramento per se, & ex ipsis institutione datur gratia.
- 30 De modo quo datur ex accidenti.
- 31 In susceptione eiusdem sacramenti auxilium Spiritus sancti, quo modo detur.
- 32 De charact. re: quod non possit iterari in eodem homine, sique iterare tentet quis, nisi faciat grauiterque peccat, non tamen siatur regularis.
- 33 Dispositiones ad eorumdem effectum productionem requisita.
- 34 Ignoratio peccati non sufficit sine ponentia: quam nec, usque in attritionem esse, nisi bona fide existimetur contritio.
- 35 Is qui existimat se non esse contritum, debet confiteri ante susceptionem. Et quod disputatione contingens in eadem susceptione, non impeditat de se illius effectum.

De Pro Lex est effectus sacramenti Confirmationis: vnuus, conferre aliquam gratiam sanctificantem, ultra quam quam confert baptismus: nam est vere & proprium sacramentum, ex Concil. Trid. sess. 7. can. 1. De Confirm. ipsumque à baptismo distinctum, iuxta can. 1. & 3. De sacram. in genere; eadem sess. Quare confert gratiam ex sequenti can. 6. eatque distinctionem ad illa quam baptismus confert, prout satis indicatur verbis illis in cap. Spiritus sanctus, De confir. dist. 5. In baptismo regeneramur ad vitam, post baptismum confirmamur ad pugnam. In baptismo abluimur, post baptismum roboramur. Accedit ratio quia portet unum quodque speciale sacramentum ad primum finem ordinari, & speciale gratiam tali fini accommodatam conferre, qualis est quod hoc sacramentum, specialis Spiritus sancti protectione, & auxiliu ad veram fidem confortanter tenendam, & profitandam. Alter effectus est character, hoc est, spirituale quoddam & indelebilis signum, quod susceptione confirmationis in anima imprimi datur à Concilio Florent. in Instruct. Armenorum, & in Concil. Trid. sess. 7. De sacram. in genere can. 9. De his suo more late Suarez, disput. 34.

Sed sufficiet de priore notare ex sententia D. Tho. 3. pars quod. 72. art. 7. ad 2. in hoc sacramento per se, & ex ipsis institutione, non dari gratiam, nisi secundum augmentum. Ratio est, quam habet Suarez, sec. 2. dist. 2. quod sola ea sacramenta ex sua institutione conferant primam gratiam, que in institutu*n*tur peccata remittenda: quandoque de peccatum mortale sine gratia non excluditur ab anima, neque ipsum potest cu*m* illa in hac manere, taliaque sacramenta sunt duo que sacramenta mortuorum ea de causa dicuntur, nempe baptismus, qui solus ex sacramentis institutu*n*tur remissionem peccati originalis, & actualium ante ipsum commissorum; atque paenitentia, que est solum sacramentum de se in institutu*n* ad tollendu*m* peccata mortalia post baptismū commissa, ut patet ex doctrina qua de ea datur à Concil. Trid. sess. 14. prædictum cap. 1. & can. 1. & 2. Quia cum ita finis relinquitur, confirmationem ex sua institutione, tanquam unum ex sacramentis viuorum, conferre tantummodo gratia augmentum, non autem primam gratiam; quia scilicet ex iniusto iustus: tanquam ex mortuo viuus efficiatur.

Per accidens tamen fieri potest, ut talis quoque gratiam conferat: nempe, ut D. Thom. loco cit. addit, quando dicitur amissi*n* fidelium, aliquod peccatum mortale quo maculatur, non venit in mentem, ut de eo dolcat; vel si in mentem veniat, de eoque dolet, non tamen per contritionem perfectam, sed solum per attritionem. Tunc enim sacramentum supplet defectum illum, nisi in consideratio ea inexcusabilis esset, aut in fideliente vigeret adhuc aliquis affectus peccati mortalis, excludens firmum propositum non peccandi de cetero. De eodem affectu dubium moueret, an eiusmodi gratia sit maior ea, qua datur per baptismum. Cuius tractationem tanquam speculationis scholasticae relinquimus videndum satis plenam apud Suarezum in eadem sect. 2.

Non est vero tacendum quod idem ibid. in fine monet: effectum auxilii Spiritus sancti, ipsa Confirmationis collatione dari in sua radice: tanquam iure accepto ad illud reip*ea* autem temporibus opportunitate, iuxta diuinę sapientia dispositionem, dari consentaneum fini istius sacramenti, hoc est corroborationi ad fidem veram tenendam ac profitandam. Tuncque ut infallibiliter detur, necessarium est non apponere obicem peccati mortalis: sicut et id ipsum necessarium fuit, ut in sacramentis susceptione, gratia datur.

De posteriore effectu disputari solet, An talis character sit qualitas noua distincta re ipsa a charactere baptismali, vel solum illius quidam modus & perfectio. Sed neque in eo, ut speculationis quoque scholastica, nesciret non immorari. Videri potest Suarez, in cuius disput. 34. sect. 1. Sufficiat riotasse, cum eo ipso effectu coniunctum esse, ut hoc sacramentum nequeat in eodem homine iterari: id quod certum est de fide ex Concilio Floren. in instruct. Armenorum versu Hac omnia: & ex Concil. Trid. sess. 7. De sacramentis in genere can. 9. Atque si quis tentet idem sacramentum eidem homini iterato ministrare, nihil faciet, graueque sacrilegium peccatum committeret. Per quod an irregulariter

REGI  
PRA  
PDRJ  
E

ritatem incurrit difficultas est: cuius partem negantur se  
guitur Suarez in disput. 38. scđt. 2. multique alij quos Georgius  
Seyrus referit in Tom. I. Thesauri ca suum conscientia lib. 7.  
cap. 8. dub. 8. Ratio vero est: quia irregularitas non est ponen-  
dā, nisi sit in iure expressa, ex cap. Is qui, De sentent. excom.  
in 6. Nec vñlibi in iure habetur expressum, irregulares fieri  
iterantes hoc sacramentum.

## RELIQVA PARS CAPITIS.

De dispositionibus quas predicatorum effectuum  
productio requirit in suscipiente Confirmationem.

**A**d productionem characteris non requiritur alia di-  
positio, quam quæ ad validitatem ipsius Confirmationis: nempe ut hanc suscipiens iam baptizatus sit; & vt eam  
suscipiendi intentione habeat debitam; de qua iudicandum  
est perinde; ac de ea quam ad baptismi validitatem re-  
quiri diximus sub finem præcedentis libri. Ad productio-  
nem vero gratiæ, præter duo illa, penitentia requiritur in  
eo qui post baptismum fuerit in peccatum mortale lapsus;  
quæ esse contritionem perfectam, seu talem qua diuinæ  
gratiæ restituamur: ideo necessarium non est, quia nemo  
posset alioqui tutæ conscientia ad hoc sacramentum acce-  
dere: cum nemo scire possit an perfectæ contritus sit, sicut  
ne can amore vel odio dignus sit ex c. 9. Ecclesiastis. Hanc-  
que esse D. Thomæ sententiam patet per ea quæ ex ipso re-  
tulimus in præced. nu. 30. & ita nota Suarez, in citata scđt. 2.

Vbi quoque monet solam ignorantiam proprij peccati  
actualis etiam inuincibilis, non sufficere ad illius remissio-  
nenem per susceptionem sacramenti, sine aliqua saltem attri-  
tione, tanquam penitentia. Quam ad remissionem pecca-  
torum actualium necessariam esse patet per illum Domini  
nostrj Lucæ 13. Nisi penitentiam habueritis omnes peribitis.  
Nota autem cum Soto in 4. disq. 7. quest. vñcta art. 7: Gregorius à Valent. disq. quinta, quest. 1. punc. 4. (&  
Suarez admittit) attritionem, quæ ad propositum effectum  
sufficiat, talem esse debere, ut homini sacramentum hoc sus-  
cipienti contritus esse videatur: quia cum ex natura &  
institutione eiusdem sacramenti, primæ gratiæ ad cuius au-  
gmentum per se institutum est) ipsum præcedat: requiritur  
minimum ut accedens ad id ipsum suscipiendum, arbitre-  
tur probabilitatem iam recuperasse gratiam per veram con-  
tritionem.

Vnde (vtidem à Valentia ex eod. Soto in seq. art. 8. ad-  
dit) quanvis ad legitime suscipiendum hoc sacramentum  
non sit necessarium præmitti ei confessionem (sicut nec reiu-  
num, etiam si debeat iuxta cap. Vt ieuni De confscr. disq. 5.) ta-  
men cum quis se nouerit solummodo attritum, debet  
confiteri: ut vi sacramenti penitentia existimare probabi-  
ter possit effectum constitutum; quia talem indispositionem  
suam cognoscens, non potest ad hoc sacramentum li-  
cite accedere: quernad. congruenter antedictis Suarez do-  
cet disq. 34. scđt. 2. paulo post medium. Additibidem conse-  
guenter Gregor. à Valent. contra Caiet. non esse necessarium  
ad gratiam per hoc sacramentum acquirendam, sicut nec per  
alii sacramenta, ut mens hominis in ipsa susceptione actu  
moveatur erga Deum: satis enim esse, ut eiusmodi motus  
vel tunct vel ante fuerit, etiam in vñ sacramenti ob hu-  
manam fragilitatem mens distrahit: Dei scilicet boni-  
tate commiserente eidem fragilitati: iuxta illud Psalmi 102.  
Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus  
timentibus se: quoniam ipse cognovit fragmentum  
nostrum.

## TRACTATVS POSTERIOR.

De sacramenis Penitentie & Extreme  
unctionis.

Atque tractatio de Penitentia sacramento, estque  
instituti nostri peculiariter propria: quam Theologi

scholastici instituunt cum Magistro in 4. disq. 14. & aliquot  
sequentibus: ac cum D. Thoma 3. par. à quest. 84. Itemque  
Canonistæ ad septem distinctiones de Penitentia: & ad  
titulum De Penitentiæ & remissionibus, atque alij multi  
quorum non paucos tam antiquiores quam recentiores  
Henriquez refert in tomo 1. Theologia moralis in initio  
lib. 4. qui est primus de penitentia. Ad ea autem quæ in pri-  
ma & secunda parte dicta sunt: restant pauca tantum adden-  
da, de sacramento penitentie nomine & definitione, ins-  
titutione & necessitate. Nam de illius materia, quæ posita est  
in tribus actibus Penitentis illud suscipientis: contritione,  
inquit, confessione & satisfactione, iam dictum est suffi-  
cienter in præced. lib. 5. & 7. & de illius forma, quæ est sa-  
cramentalis absolutionis, in sequenti lib. 8. & de ministro, qui  
est Confessarius legitimus, in tribus primis libris, ac de fulci-  
piente, qui est Penitens, in sequenti libro 4. De dispositio-  
nibus ad talem susceptionem dignam ac validam requisitis,  
ac de obligatione suscipiendi dictum est in iisdem libris  
prout occasio se obtulit, permisimus alijs. Quæ pertinent ad  
effectus eiusdem sacramenti (qui sunt remissionis peccato-  
rum, & recuperationis virtutum & meritorum, per pecca-  
tum mortale, amissorum) tanquam propria scholastice spe-  
culationis, relinqueremus sciendi cupidis videnda familiariter  
simil & copiose tractata apud Greg. à Valent. to. 4. disq.  
7. quest. & tribus sequentibus.

Quod attinet ad Extremam unctionem: de ea tractan-  
tes varios authores Henriquez refert in præcedenti lib. 3.  
ante cap. 7. Quibus accesserunt Greg. à Valent. in sequenti  
disq. 8. & Suarez tomo 4. disq. 39. & quinque sequenti-  
bus. Dicemus autem primo de illius nomine, definitione,  
institutione, & unitate. Secundo, de illius materia & forma.  
Tertio, de illius effectu ac de ministro. Quarto, de recipien-  
tibus eam: & quinto, de obligationibus circa usum eiusdem.

## C A P V T VII.

De nomine, definitione, institutione, & necessitate  
sacramenti Penitentie.

S V M M A R I V M.

- 36 Ratio nominis Sacramenti penitentie.
- 37 Definitione Sacramenti penitentie.
- 38 Quod penitentia sit sacramentum à baptismō distinctum.
- 39 Institutio Sacramenti penitentie à Christo.
- 40 Sacramentum Penitentie est simpliciter necessarium ad re-  
missionem peccatorum.
- 41 Obiectio in contrarium cum solutio ne.
- 42 Cum ob inopinat Confessarius suscipi non potest re ipsa, illius  
votum, etiam tantum implicitum in vera contritione in-  
clusum, sufficeret est ad eamdem remissionem.

**D**e nomine Penitentie Nauarrus in Enchir. prælud.  
10. & in præludijs & distinctis de Penitentia num. 3. &  
4. pluribusque Bellarm. tomo 2. Controuer in lib. 1. De po-  
nitentia cap. 7. & Suarez tomo 4. disq. 1. scđt. 1. cum quo sa-  
tis nobis est notare, Theologico more Penitentiam dici  
dolorem de peccato commissio: congruenter sane etymolo-  
gia nominis: Dicitur enim penitentia quasi poena ten-  
tia, iuxta illud D. Augustini, relatum in capite Penitentia 2.  
De penitentia distinct. 3. Penitentia est poena tenere. Por-  
ro poena est, dolorem inferre: quod cum sit in iniusto, ut  
quando poena infligitur nolenti, ipsum non pertinet ad  
penitentiam, sed ad puram vindictam. Pertinet autem  
cum id ipsum sit in voluntario: iuxta illud quod ex D. Aug.  
& Isidoro habet Suarez loco cit. penitentiam est poena,  
qua aliquis in se vult quod peccando commisit; ut sicut  
voluntarie peccauit, ita voluntarie se affligat. Vnde intelli-  
gitur penitentiam importare quoque culpe retractatio-  
nen, dolorem de peccato: atque adeo eam esse actum  
moraliter bonum: (liquidem non esset aliqui culpa re-  
tractatio) & per consequens esse actum virtutis: quæqui-  
dem ipsius quoque nomine appellatur Penitentia, seu vir-  
tus penitentia. Quoniam vero eadem retractatio, seu dor-  
lor de peccatis, pars est huius sacramenti, ceterarum funda-

36.

mentum, occurrans in illo primo omnium factum est ut ipsum quoque Poenitentia, seu sacramentum poenitentiae nominaretur.

37. Quod attinet ad definitionem sacramenti poenitentiae: ea bona est quam Nauarus tradit in Enchir. cap. 22. nro. 11. quod sit sacramentum absolutionis, quo Sacerdos sibi subditum peccata sua cum iusto dolore & proposito satisfaciendi, legitime confitemens absolvit ab istud peccatis. Per quam definitionem ideo manifesta sit natura illius sacramenti: quod (prout patet ex Concil. Trident. sess. 14. cap. 5. & 6.) ea constat in fo:ma iudicij, in quo peccator gerat personam actoris & rei, cum dolore confitemens aduersum se iniustitiam suam Domino, ut remittat ei iniquitatem peccati sui. Sacerdos vero personam iudicis dantis sententiam absolucionis, iniuncta salutari poenitentia, seu satisfactione. Quae duo, proposita definitio tangit, & aperit.

38. Esse vero sacramentum (quod in definitione ponitur loco generis) copiose aduersus sectarios docent Bellarm. lib. 1. De penit. cap. 8. & tribus sequentibus, & Greg. à Valen. to. 4. d. sp. 7. quæst. i. punct. 1. Qui in sequenti punto 5. proponit comparationem huius sacramenti cum reliquis, & maxime cum baptismo, ad quem accedit proxime: ex nomine, quod institutum sit delēta peccata mortalia post baptismum commissa, ex Concil. Trident. in c. a. sess. 14. cap. 2. & c. m. 2. Ideoque, prout ibidem additur, recte dicitur secunda post naufragium tabula. Quodquidem memoratus Gregorius ibidem explicat pluribus. Nihilominus tamen est sacramentum tam in materia & forma, quam in ministro & effectu longe diuersum, vt Concilium Trident. in citato cap. 2. perspicue declarat. Videri potest Bellarm. id aduersus Sectarios defendens, in seq. 12. 13. & 14. Itemque Suarez te. 4. diffut. 17. sect. 1. §. Secunda veritas fidei.

#### RELIQVA PARS CAPITIS.

De institutione & necessitate sacramenti  
Poenitentiae.

39. Institutū est à Christo Poenitentia sacramentū, sicut cetera nouæ legis, certum est de fide ex Concilio Trident. sess. 7. de sacramentis in genere, can. 1. & sess. 14. cap. 1. vbi tempus & locus Euagelij in quo institutū est declaratur his verbis: Dominus autem sacramentū poenitentiae tunc praecipue instituit, cù moribus excitatus, insufflavit in Discipulos Iean. 20. dicens, Accipite spiritum sanctum: quoru remiseritis peccata remittentur eis, & quoru retinueritis retentā sunt. Quotā insigni factō, & verbis tam persicū, icūs, protestatē remittendi & retinendi peccata ad reconciliandos si deles post baptismū lapsos, Apostolis, & eorū legitimis successoribus suis & communicatis, vniuerforura Patrum confessus semper intellexit, hæc ibi. Ex quibus intelligitur, Poenitentia sacramentum, cum pendeat ex virtute talis potestatis, tunc institutum esse, cum eadem potestate est data.

40. Porro ex vi eiusmodi institutionis, Poenitentia sacramentum medium est simpliciter necessarium ad remissionem peccatorum mortaliū, in qua Christi fideles post baptismū labuntur, habetur ex Concilio Trident. sess. sexta cap. 14. & sess. 14. cap. 1. ac clarissim in sequenti cap. 2. cum in fine dicitur: sacramentum poenitentiae, lapsi post baptismum esse ad salutem necessarium, sicut est nondum regeneratis ipse baptismus: & i. c. 5. his verbis: Dominus noster Iesus Christus ē terris ascensus ad celos, Sacerdotes suis vicarios reliquit, tanquam Præsidēs & Iudices, ad quos mortalia omnia criminā deferantur, in qua Christi fideles post baptismum cediderunt; quo pro potestate clavium remissionis aut retentionis peccatorum, sententiam pronuncient. Quæquidem verba argumentationem hanc virtute continent. Ex Christi institutione iudicium Sacerdotum medium est necessarium ad remissionem peccatorum mortaliū, post susceptionem baptismi & commissorum. Ergo est & Poenitentia sacramentum utpote quod in tali iudicio naturam suam habet constitutam.

41. Quid si quis dicat tale iudicium esse à Christo institutū, non ut necessarium, sed ut utile, & sufficiens ad remissionem huiusmodi peccatorum. Occurrentum est: quod cum

Christus voluerit tale iudicium non tantum esse remissio nis, sed etiam retentionis peccatorum, de necessitate fidèles retinentur ut eo medio ad remissionem suorum peccatorum: quandoquidem verba, Quorum i. timueritis retentā sunt: quæ Christus ipse subiunxit illis, Quorum i. misericordia peccata remittuntur eis: sensum hunc habent. Quorum non remiseritis, remissi non sunt. De qua re latius Suarez in me morata disput. 17. sect. 2.

Atque hinc sequitur periclitantem aperte de vita: & ideo constitutum in necessitate, in qua iure diuino peccatum habens mortale, obligat uti remedio huius sacramenti: seu sacramentaliter confiteri, cum copiam habet confessarij. Sequitur, in quam, si id non faciat, mortaliter peccare, transgressione præcepti dati de eo, quod in tali casu erat illi unicum remedium ad iustificationem, & eternaque salutis con lectionem.

Cum autem ob inopiam Confessarij, aut ob aliud simile impedimentum non potest quis sacramentum hoc suscipere recipi, votum eiusdem, seu voluntas ipsum suscipiendo, si facultas adfuerit, sufficere potest ad iustificationem, ex Concil. Trid. sess. 6. cap. 14. & cap. 4. Ratio vero est, quod apud Deum voluntas habeatur pro facto, quando ipsum nequit recipi præstari. Ea enim de causa voluntates præsumuntur. Accedit etiam quod vera conuersio ad Deum per contritionem, promissa sit remissio peccati. Ezech. 18. Conuertimini & agite poenitentiam ad omnibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinam iniquitas.]

Vbi aduerte ad peccari mortalis remissionem sine factamento, requiri & sufficere posse contritionem charitate perfectam, non tamen sine huius sacramenti voto, quod contritio ipsa in se includit (prout constat ex ante memor. to. c. 4.) perinde scilicet ac emptio includit premissionem solutionis pretij ob quam dominium, & possesso rei traditur emptori. Sic enim institutum est istud sacramentum, ut ex eo peccati mortaliū post baptismum commissi remissio pendat, sicut dominium rei vendita pendet ex pretii solutio ne, prout notat Suarez in ead. disp. 17. sect. 3. num. 7.

Qui consequenter inquirit utrum prædictum votum debat esse explicitum, seu quo quis actu desideret ac proponat confiteri, an vero sufficiat implicitum esse: seu quo esti si quis non cogit de confessione, habeat tamen veram peccatorum contritionem. Atque contra Melchiorem Canum pluribus pro se citatis, tenet sufficere implicitum contentum in contritione, quæ cum sit virtute quoddam propositum implendi omnia præcepta (t. d. finitio illius data initio eiusdem cap. 4. inde it. quæ dicitur dolor ac de ejus lo de peccato commissi, cum proposito non peccandi de cetero) est pariter recipieendi iustud sacramentum: quando institutus necessitas: cum & id sit in præcepto obligante sub mortali: ut pote datio de re ad salutem necessaria, cuius obseruatio virget se uere in cap. Omnis virtusque x. De penitent. & remiss. Accedit quod contritio sit ex se sufficiens ad remissionem peccati mortaliū, quandoquidem ei tanquam ultima dispositioni semper est coniuncta gratia, & charitas. ut fatis intelligitur ex verbis Ezechielis, cap. 18. num. 21. & 22. Contritio autem de se non requirit actualem memoriam confessionis de peccatis facienda, cum illius natura tota in eo constat, ut sit dolor & detestatio de peccato commissi cum proposito non committendi de cetero. In quo proposito, ut iam insinuimus, implicitum tantummodo propositum confitendi includi patet: quia explicitum extra illam est utpote actus ei superadditus, posita memoria confessionis de præcepto facienda. Non negaverim tamen illiusmodi memoria contingere, si votum explicitum confitendi negligetur, id est argumentum imperfecta contritionis:

#### CAPUT OCTAVUM

Denominatio, definitione, institutione & unitate  
Extremeunctionis.

#### S U M M A R I U M

43. Vnde dicta sit Extrema unctionis.

- 44 Eiusdem finitio.  
 45 Hoc sacramentum non fuit institutum, sed tantum insinuatum. & r. i. sex:o  
 46 Commeatrum est & promulgatum Iacobi 5.  
 47 Institutum est a Christo, & quando.  
 48 Quando modo sit vnum.  
 49 Quatenus ipsum sit aut non sit iterabile.

**Q**uo d attinet ad nomen: Datum est hoc sacramentum Extreme vñctio, tum à tempore in quo datur: nempe in extremo vita termino, seu homine existente in extremis, tum etiam ut distingatur ab vñctionibus vñtatis in administratione aliorum sacramentorum: qualis est primo ea, qua baptizatus vngitur in vertice: secundo ea qua vngitur in fronte ab Episcopo conferente sacramentum Confirmationis: tertio, ea qua Sacerdos dum ordinatur, vngitur in manibꝫ: & Episcopus in capite, & manibus dum consecratur. De quibus & aliis in Ecclesia vñtatis, habetur in Decretibus titulus, De sacra vñctione.

Quod attinet ad definitionem, ea est quam habet Natura. in Enchir. cap. 22. num. 12. quo sit nouæ legis sacramentum, quo Presbyter vngit oleo benedicto certas corporis partes insimili, præbabilitate periclitantis de vita, proferendo certa verba cum debita intentione. In qua definitione, pro genere ponitur sacramentum nouæ legis: quod Extreme vñctione cum cæteris sex sacramentis commune esse certum est de fide ex cap. 5. epist. D. Iacobi: cuius verba paulo postaderemus: & ex Concil. Florent. in instruct. Armenorum, & ex Trid. sess. 7. De sacramen. in genere can. 1. & sess. 14. in doctrina de Extreme vñctione cap. primo. Quod aduersus Scholarios propugnat Bellarm. to. 2. in lib. De Extreme vñctione, sex prius e. spitalibus: Greg. à Valen. dis. 8. queſt. 1. punto. 1. Reliqua vero locum tenent differentia sumta ex ijs qua requiruntur ad eiusdem sacramenti constitutionem, & tractanda sunt in sequentibus capitibus.

Quod attinet ad constitutionem, duo de ea docet Concil. Trident. in citato cap. 1. Præius est sacramentum hoc fuisse insinuatum apud D. Marcum in cap. 6. Vbi Christus dicitur misericordie Apostolos suos ad prædicandum: & de eiusdem subditur. Et vngabant oleo multos ægrotos, & sanabant. ] Quam vñctionem fuisse tantum huius sacramenti præsumum signum, seu adumbrationem confirmat Saurez tomo 4. dis. 39. sed. 1. aliquot coniecuris. Præcipua videtur esse, quod Apostoli vngendo sanarent multos, atque adeo non solum baptizatos, qui tunc erant pauci: neque alios exclusos fuisse a tali beneficio, licet colligere ex eo, quod D. Matthæus in cap. 10. referat Christum, cum Apostolos prædicandum mitteret, dixisse absolute, & indefinite. Infirmos curare, ita dictum ipsius non sit restrictum ad baptizatos constitutos in articulo mortis: ad quos restricta est suscepitio Extreme vñctionis: sed extendendum etiam ad nondum baptizatos, qui patratione miraculorum circa se, aut suos factorum, erant permouendi ad Christianam fidem suscipiendam.

Poterius est: istud ipsum sacramentum fuisse fidelibus commendatum, & promulgatum à D. Iacobo verbis illis que habentur in ipsius epistola cap. 5. Infirmatur quis in vobis, inducit Presbyteros Ecclesias, & orēt super eum, vngentes oleo in nomine Domini, & oratio fide salutabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis sit, remittentur ei. ] Quæ verba exprimunt omnia ad rationem huius sacramenti spectantia. Ac primo, sensibilem materiam & formam consistentem in vñctione olei, & in oratione, seu verbo Presbyteri: dcinde ministerium, qui est Presbyter, tertio, sufficiens, qui est fidelis infirmus: quarto, effectum, qui est gratia ad remissionem peccatorum, & ad infirmi alleviationem ordinata.

Esse autem ab ipsomet Christo institutum, tenendum est deinde ex definitione Concilij Trident. sess. 7. De sacramen. in genero can. primo. Quando vero institutum sit, nihil certum haberi notat Suarez in ead. dis. 3. & sess. 2. Addens probabile esse: quod Christus tunc potestatem illud administrandi Apostolis dederit, & ex consequenti illud instituit: cum dans eiusdem potestatem remittendi, & retinendi peccata, sacramentum pœnitentia instituit post

resurrectionem dicens illis, Ioan. 20. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, &c. Ratio est, quia sicut hoc sacramentum quodammodo annexum est sacramento pœnitentia, ad tollendas reliquias peccatorum: ita etiam potestas ipsius administrandi non immrito creditur quoad institutionem, annexa fuisse potestati administrandi Sacramentum pœnitentia.

Quod atinet ad vñtatem, quantumvis in hoc sacramento conficiendo interueniat multiplex vñctio, & multiplex verborum forma: nihilominus ex illis omnibus consurgit vnum numero sacramentum, quod vocatur vnum compositione: quia cum omnes tales vñctiones & forme ordinentur ad vnum integrum totius hominis vñctonem, ad vnumque completum effectum obtineantur: ex omnibus illis componitur vnum tantum sacramentum: quod producat gratiam sufficientem ad confortandum & alleuandum infirmum quantum indiget, vel in cibis potest.

Iam quod ipsum iterari possit, certum est de fide ex Concil. Trid. sess. 14. De Extreme vñctio e. c. 3. illis verbis. Quod si infirmi post suscepitam hanc vñctionem conualuerint, iterum huius sacramenti subsidio iuuari poterunt, cum in aliud simile vitæ discrimen incidere. Durante autem eiusdem morbi necessitate, idem sacramentum non posse iterari, prout eadem verba subindican: Suarez in sequenti disput. 40. sed. 4. n. 6. ex eo probat, quod tale sacramentum temel suscepimus, medicina sit de se sufficiens pro vna necessitate in qua æger constituitur in extremis: illa enim susceptio, sufficiens ad hanc auxilium spirituale, confortur anima: sique expedierit sanitas corpori redditur. Dictum est autem durante eadem morbi necessitate, quia, vt addit Suarez, Si morbus esset diuturnus, & prius hominem constitueret in graui periculo mortis, postea vero remitteret morbi vis, ita ut homo censetur esse extra mortis periculum, non tamc omniaco liber à morbo: in coquæ statu aliquandiu durans, postea in simile vitæ periculum recideret; posset iterum inungi, si consideraret morbi diuturnitate, eiusdemque statu atque interruptione; communè exigitatione pericula diuersa, & status diuersi, perinde censeatur, ac si morbi essent omnino distincti.

#### C A P V T IX. Demateria & forma Extreme vñctionis.

##### S V M M A R I V M.

- 50 Remota materia sacramenti Extreme vñctionis, est oleum olivarum ab Episcopo benedictum.  
 51 Propinqua materia est vñctio infirmi ex eodem oleo, quam si in forma crucis pium est, non tamen necessarium.  
 52 Septem vñctiones partiales ad illius integratatem requisite.  
 53 Tria notanda circa eandem vñctionem.  
 54 Verba in quibus consistit forma Extreme vñctionis: & cur sint deprecatoria.  
 55 An de necessitate sacramentis sit, ea esse deprecatoria.  
 56 Quanam ex iis non sit essentia in sacramento.

**E**xante citatis verbis D. Iacobi, vngentes oleo, constat huius sacramenti materiam esse oleum: illudque debere esse olivarum; quia tale simpliciter intelligitur nomine olei, sicut aqua clementaris nomine aqua. Item debere esse benedictum ab Episcopo: quod etsi non est evidenter in sacra Scriptura expressum, habetur tamen ex Apostolica traditione, vt notatum est in Concilio Trid. sess. 14. in doctrina de Extreme vñctione cap. 1. Et ita Concilium Florent. in instruct. Armen. aperte definit materiam huius sacramenti esse oleum oliva ab Episcopo benedictum. Quæ definitio nobis sufficit; si pro præxi ex illis quæ latius tradit Suarez in cit. dis. 40. sed. 1. addiderimus, tale oleum debere quidem simplex esse, seu non admixtum alio liquore, atque benedictum esse, eo benedictionis modo quem Ecclesia præscribit, tamen si talis admixtio fiat, quia non tollatur olei natura, nec ipsum sic immutetur, vt non oleum, sed mixtum aliquod artificiale censeatur: atque vere ab Episcopo benedicatur, licet alio benedictionis modo quam ab Ecclesia

# REGI PRA DRI E

534

Liber XXXVIII. De ratione iudicandi de peccatis.

51. prescripto, poterit, si cetera necessaria concurrent, esse validum sacramentum. Nam eo vincit, vere dicetur, iuxta Concil. Fiorent. vñctus oleo oiliæ benedicto ab Episcopo.

Materia autem proxima est vñctio infirmi ex predicto oleo: eadem scilicet ratione, qua in p̄ced. lib. 27. num. 14. diximus materiam proximam baptismi esse ablutionem ex aqua elementari. Id quod Concil. Trident. in citato cap. primo satis significavit: ubi cum dixisset Ecclesiam intellectissimam materiam huius sacramenti esse oleum ab Episcopo benedictum, subiunxit. Nam vñctio aptissime Spiritus sancti gratiam, qua inuisibiliter anima agrotant inungitur, representat. Vnde facile intelligitur vñctionem ipsam signum esse externum interioris gratiæ, atque adeo sacramentum constitutæ: quod non facit aliter quam vt materia proxima.

Si quæras, An eadem vñctio debet fieri in forma crucis, sicut in Confirmacione? Respondeat Suarez in sequenti secl. 2. num. 3. id quidem, ut magis pium, fieri ac seruari debere, sed non esse de necessitate huius sacramenti: quia neque in Concilii, neque in Ecclesiæ traditione tale quid fundamental habet. Immo vero, nec de necessitate p̄cepti ipsum adeo necessarium esse, quin omitti possit iusta de causa, qualis est exigens necessitas, ut brevius & securius vñctio peragatur.

52. Ceterum ad eiusdem vñctionis integratem requiri sepiem particulares vñctiones habetur ex eo, quod Concilium Fiorent. loco cit. expressit: infirmum, cui hoc sacramentum confertur, vnguendum esse in oculis, propter visum in auribus, propter auditum in naribus, propter odacatum in ore, propter gustum, vel locutionem: in manibus, propter tactum: in pedibus propter gressum: in renibus propter delectationem ibidem vigentem. Ita scilicet ut ibi applicetur medicina instigata ad fortes, seu reliquias peccatorum tollendas, vbi est eorumdem peccatorum quasi radix.

Non esse autem de necessitate sacramenti, vt omnes concurrent, ex eo Suarez in sequenti num. 6. probat: quod plerumque propter honestatem dux earum omittantur; pedum scilicet & renum, p̄senter in feminis: vnde consequens est eas non esse de necessitate sacramenti. Quod autem alia quinque concurrent simul debeant, indicie est, quod secundum Ecclesiæ communem vñsum, nulla earum omitti soleat: & Concilium Fiorent. similiter de omnibus loquitur. An vero ille concursus sit necessarius non modo necessitate p̄cepti, sed etiam necessitate sacramenti, intelligetur ex postea dicendis de effectu huiusc sacramenti.

53. Tria vero pro præi notanda, Suarez habet in secl. 2. Primum est, num. 4. Vnamquamque talium vñctionum tantum olei requirere, quantum sufficiat, vt ipsum applicetur cum fluxu, seu extensione in parte corporis cui applicatur; perinde scilicet ac de aqua baptismi lib. 27. num. 14. dictum est. Nam verbum vñctionis, sicut & verbum ablutionis, fluxum seu extentionem liquore importat.

Secundum est, num. 5, non esse absolute necessarium, vt vtrumque organum sensus in illis vngatur: verbi gratia, vertex oculus, quāvis propter receptionem Ecclesiæ cōuentudinem deficiendum sit: quia licet in vtrique vigeat sensus, veretamen vñctio dicitur eidem applicata, cum facta fuerit in parte aliqua corporis, in qua sit resedit. Quocirca vrgente necessitate, potest tum valide tum etiam absque peccato infirmus periclitans vngi ea ratione.

Tertium est num. 9. ordinem talium vñctionum non esse de necessitate sacramenti: nempe, vt prius vngantur oculi, postea nares, &c. quia substantialia materia huius sacramenti rotæ consitit in ipsa vñctione, cui talis ordo est accidentalis: sicut materia Eucharistie accidentalis est ordo, quo panis prius subiicitur confectioni, quam vinum. At tamen quia talis ordo est naturæ consentaneus, & in communione vñ Ecclæ politus, non omititur absque peccato, etiam si valor sacramenti inde non tollatur.

## RELIQVA PARS CAPITIS.

### De forma Extreme vñctionis.

C oncilium Floren. in instru. Armen. eiusmodi formam assignat hanc, quam Conti'um Trid. secl. 14. in doctrina de Extreme vñctione cap. 1. insue attingit. Per istam sanctam vñctionem, & suam piissimam misericordiam, indulget tibi Dominus, qui quid per visum peccasti. Quibus alia adiungit Romana Ecclesia, qua in ritibus sacramentorum non est recessendum, iuxta cap. Ad abolendam, De hæreditate. Vnde ad talis formæ sensum reducenda sunt & extendenda quæcumque alia formæ verbis diuerter, vsurpatæ in administratione huius sacramenti, vt censeatur validum. Adiungo autem illa quam Romana Ecclesia facit, constat repetitione p̄ceptorum verborum: nisi quod loco illorum (per visum) quando inunguntur aures, dicatur per auditum; quod do nares, per odoratum: quando os, per oris vñctum: quando manus per tactum: quando pedes, per incessum: quando renes, per ardorem libidinis.

Est autem forma deprecativa: tum quia datur infirmis qui eagent oratione; tum quia ipsi transiunt ex foro Ecclesiæ, ad forum superioris diuinæ maiestatis: ide o que diuinæ clementia commendatur: tum quia talis forma vocatur oratio fidei à D. Iacobo in citato cap. 5. oratio vero, deprecativa est. Porro cum in eadem forma dicitur, Per istam sanctam vñctionem, significatur materia proxima huius sacramenti: cum vero subiungitur, & suam piissimam misericordiam, significatur principalis causa operans in hoc sacramento. Cum demum additur Indulgeat tibi Dominus quicquid peccasti, &c. significatur primus huius sacramenti effectus. Hic occurrit duplex dubium.

Prius est: An de necessitate huius sacramenti sit, vt forma illius preferatur per modum deprecativum; nec sufficiat proferre per modum indicativum, dicendo sicut Sylu. in verbo Vñctio nu. 2. sit dici in Ecclesia Ambrosiana, Vnco hos oculos oleo sanctificato, in nomine Patris, & Filii & Spiritus sancti. De hoc in vtramque partem Authores & rationes habet Suarez in cit. cit. 4c. secl. 3. num. 4. & aliquot sequentibus. Notare autem sufficit pro præi, satis patere ex antedictis, de fide certissimum est, quod forma deprecativa sit sufficiens ad validitatem huius sacramenti. At autem forma indicativa sit sufficiens, merito dubitari, cum vnius sacramenti non sint duas formæ totales & equivalentes. Vnde cum ad veram formam huius sacramenti requiratur ut habeat rationem orationis, iuxta illud D. Iacobi, & cent. super eum: propositio vero indicativi modi, formaliter & proprie non sit oratio, vt per se notum est ex ipsa verborum proprietate: ea certe non videtur censenda aequivalens deprecativa: ac proinde nec verba huius sacramenti forma esse, nisi, vt habet Suarez in sequenti num. 8. adiunctam habeat deprecationem: vt si dicatur, vngo te oleo sancto vt Deus tibi remittat quicquid peccasti, &c.

Posterior dubium, de quo ibidem Suarez à num. 12. est, An omnia verba quæ ex Concil. Fioren. retulimus, sint substantialia forma huius sacramenti. Dicendum autem videatur, illa adiectiva sanctam & purissimam, non esse substantialia: vt ex eo patet, quod illis detractis sensus maneat integer. Idem etiam dici posse de illis, suam misericordiam, ex eo docetur, quod quæ sequuntur, indulgeat tibi Dominus, causa principalem, quæ in hoc sacramento operatur, exprimat sufficienter, illis omisis. Idem etiam dicendum videtur de particulis illis, per visum, per auditum, & ceteris quæ in fine singulorum formarum partialium ponuntur, ex eo quod non cœlean tur de necessitate sacramenti esse: quandoque enim talis necessitatis ratio dari non potest. Non quidé determinatio effectus huius sacramenti, quasi in prima vñctione remittantur peccata commissa per visum: & in secunda, commissa per auditum, & sic de ceteris: quia Deus non dat veniam dimidiatam: ita alieui remittens peccata mortalia commissa per visum, simul etiam remittat, cetera, quorum quedam, nullo sensu; sed per actus mere internos intellectus, aut voluntatis commissa esse posunt. Nec etiam determinatio partium corporis quæ vngi debent: quoniam negari potest esse de essentia huius sacramenti, vt hæc vñctio in illis partibus

partibus fiat quandoquidem si quis careret aliquibus earum, ut manu, vel pede, nequiret aliqui valde suscipere istud sacramentum. Atque dato quod id est de sacramentis essentiali non sicut tamen ipsum esset de necessitate sacramenti, ita forma exprimentium, vt confirmatur à simili: quia etiam si vñctio in fronte dicatur esse de essentia Confirmationis: id tamen in istius forma non declaratur.

## CAP V T X.

De effectu extreme vñctionis, deque eiusdem  
Ministro.

## S V M M A R I V M.

57 Effectus sacramenti Extreme vñctionis, ex Concilii Florent. & Trident. atque d. precipuo in particulari, qui ejus gratia habituatis.

58 De certe: is effectibus.

59 Graia: habituatis non ante d. tur in Extreme vñctione, quæ quinq; sensum vñcti: nes sint absolute cum suis formis.

60 Omnis & solus Sacerdos sspote: huius sacramenti idoneus minister.

61 Quid requiratur vt Sacerdos non tantum licite hoc sacramentum administret: & excommunicatio Religiosi illud si uentia administrantis.

62 Ex: li at o disfutatu, an Extreme vñctio possit vni administrari à multis.

**C**ONCILIVM Florent. in instruct. Armen. paucis ait Extreme vñctionis effectum esse mentis sanationem: & quantum expedit, etiam corporis. Concilium vero Trid. less. 14. De extrema vñctione cap. 2. ex verbis D. Iacob: cap. 5. de eodem effectu sic tradit: Res & effectus huius sacramenti illius verbis explicatur, Et oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: & si peccatis sit remitteretur ei. Res enim hæc, gratia est Spiritus sancti, cuius vñctio, delicta, si quæ sint adduc expianda, & peccati reliquias exterget, & agroti animam alleuiat & confirmat, magnam in eo diuinæ misericordiæ fiduciam excitando, qua infirmus subleuat, & morbi incommoda ac labores leuius fert: & tentationibus dæmonio calcaneo insidiantis facilius resistit, & sanitatem corporis interdum vbi, saluti animæ expedire, consequitur.

Ex quibus Concilij verbis intelligitur: gratiam habitualē, quam conferre nisi obex ponatur, communē est omnibus sacramentis, collatā in Extreme vñctione esse in infirmo fundatum roboris & fortitudinis spirituali tanquam virtute includens specialia Dei auxilio proportionata necessitatim, quæ contingit eo tempore, quo homo grauiissime ægrotans vix potest mouere, & excitat seipsum ad confidendum in extrema vita pugna. Talia auxilia vero censemur quæ sunt opportuna, aut ad roboram spem, quæ in articulo mortis debilitatur, per vitæ male actæ memoriam: aut ad hilaritatem animi conciendam, quam morbi incommoda impedit: aut ad prompte & fortiter resistendum tentationibus dæmonis, quæ tunc grauiores sunt.

Intelligitur præterea hoc sacramentum de se præparare animam, proximeque disponere ad introitum in celum: quandoquidem non solum tollit peccata, si quæ sint: sed etiam eorum reliquias abstergit: ac per prædicta auxilia iuuat ad perseverantiam in bono usque ad mortem. Ceterum reliquæ peccatorum remissorum sunt, tum pœna temporales illis adhuc debita, tum quædam prochuitates ad peccatum, nempe fomes concupiscentia, praui habitus animæ, & malæ habitudines corporis: quarum priores per hoc sacramentum tolluntur ex opere operato, non tamen in totum: vt argumento est, quod pro defunctis, qui illo suscep- to decesserunt, tanquam obnoxii pœna purgatoriæ fiant Ecclesiastica suffragia: posterioris vero quas manu experientia docet, hoc homine censemur, per istud sacramentum abstergi, quod contra illas superaddat vires, per auxilia ipsa memorata. De qua re plenius Suarez disp. 41. less. 1. affert. 2. Qui etiam videri potest in sequenti less. 4. & Greg. à Valen. disp. 8. quest. 1. sub finē pro solutione quædam rationum, quæ obiici posunt aduersus secundarium huius sacramenti effectum tribuendi aliquando corporis

sanitatem: Satis enim nobis est, quod is expresse tradatur a Concilio Trid. vt patet ex verbis supra citatis: sufficienter que indicetur à D. Iacobo in cap. 5. illis verbis. Et ratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus.]

Restat difficultas: Cum effectus gratia habitualis & remissionis peccatorum detur de se in instanti: & ad huius sacramenti constitutionē sicut necessariae quinque vñctiones, & totidem eis respondentēs formæ iuxta numerū quinariaū sensum, An illud instantē cōtingat finita vna vñctio, & forma ei respondentē: an vero finitis pluribus, aut etiam omnibus. De quare quatuor diuersas sententias Suarez proponit in eadem disput. 41. less. 2. & eam, quam D. Thomæ communemque esse ait, sequitur: nempe tale instantis esse illud in quo sacramentum hoc consummatur. Consumari autem tunc cum quinque memorata vñctiones, & quinque eis respondentēs verborum formæ perficiuntur. Omnes enim sunt de essentia huius sacramenti: quandoquidem nec vna, nec plures eorum, nisi omnes concurrant, significant sufficienter effectum ipsum gratis habitualis, & remissionis peccatorum: quæ non est in hoc sacramento, sicut nec in aliis, certi tantum generis peccatorum; sed cuiuscumque generis.

Si obiectum neque per omnes simul integre significari tam effectum huius sacramenti: quia significantur tantum peccata per quinque sensus commissa; præter quæ, dantur alia: nimis ea quæ sola mentis cogitatione, aut interiori tantum voluntate committuntur. Respondet sub fine eiusdem sectionis Suarez: quod licet non omnia peccata mandentur executioni per aliquem sensum: neque omnia pro objecto habeant aliquid per se perceptibile aliquo sensu: nullum tamen ab homine committi peccatum, quin ducat originem ab aliqua specie per sensum accepta: siquidem radix omnium peccatorum est cogitatio, quæ debet originemducere ab aliquo ex quinque sensibus iuxta illud: Nihil est in intellectu quin fuerit prius in sensu: De qua re plura idem Suarez in sequenti less. 3. inquirens utrum aliquando effectus prædictus detur sine omnibus quinque vñctionibus, concluditque negatiue. Id quod satis aperte sequitur ex antedictis.

## RELIQVA PARS CAPITIS.

De Ministro Extreme vñctionis.

**S**acerdotem, sive constitutum in dignitate, sive gerentem animarum curam, sive tantum simplicem: non autē alium, ne Diaconum quidem, esse ministrum ad huius sacramenti validitatem necessarium habetur per illud Iacobi cap. 5. Inducat Presbyteros Ecclesie. Quo nomine (vt Cöcilium Trid. less. 14. De Extrema vñct. cap. 3. notat) nō ætate seniores, aut primores in populo intelligendi veniunt colo: sed Episcopi, aut Sacerdotes ab ipsis ordinati per impositionem manuum presbyteri. Vnde sequitur solum Sacerdotem esse proprium huius sacramenti Ministrum. Quod certum est de fide ex eodem Concilio ibidem can. vñctimo, De extrema vñctione. Vnde à nullo alio potest valde confici, adeo ut nullam ob causam, non modo laicus, sed ne Diaconus quidem possit conferre tale sacramentum, prout est communem Theologorum sententiam Suarez ait disp. 43. less. 1. nu. 5. Vbi in eiusdem confirmationem adferat hanc rationem: quod in eis supernaturalibus quæ ex institutione diuina pendent, non licet nobis exceptionem addere sine autoritate, aut evidenti ratione. At nulla datur authoritas ad casum aliquem excipiendum à generali præscripto D. Iacobi: scilicet vt ad vngendum infirmum inducatur Presbyter. Nec item datur probabilis ratio: præter cum sacramentum hoc non sit magis necessitatis, quam sacramentum poenitentiae: quod tamen in nullo casu, alius quam Sacerdos administrare potest. Sic ergo relinquitur, non alium esse Ministrum Extremæ vñctionis quam sacerdotio initiatum.

Porro etiam omnis Sacerdos, hoc ipso quod Sacerdos, est, possit valide itud sacramentum conferre: tamen vt simul possit licete, necessarium est præterea secundū omnes inquit Suarez disp. 45. less. 2. nu. 3. vt sit proprius Sacerdos

agroti, vel ab eodem proprio habeat potestatem. Nam illud graueque peccatum est in re gravi usurpare sibi alienum officium, ac iurisdictionem sine legitima auctoritate: nam id alteri iniuriosum est, & perturbationis & discordiarum causa. Quo nomine in Clementina prima De priuilegiis, excommunicantur Religiosi administrantes sacramentum hoc Clericis aut Laicis, sine legitima facultate ad id habita, per priuilegium sedis Apostolicae, aut per licentiam parochialis Presbyteri.

De qua excommunicatione iam diximus in praecedenti tomo 2. libro 18. n. 408 & tribus sequentibus: addendum est tantum ex Caier, in verbo excommunicatione cap. 64. & Soto in 4. dist. 23. q. 2. art. 1. ad excusanda ab ea censura & à peccato, sufficere ratificatione Presbyteri parochialis: seu quod ipse creditur habiturus ratum, & quo animo latus sit tale factum. Ratio est, quam habet Suarez loco post citando: quia in tali ministerio, iurisdictione non est de substantia sacramenti, nec per se illius principium (sicut est in sacramento poenitentiae) sed conditio necessaria ut licite fiat. Immo vero neque presumptionem illam in extrema necessitate, seu imminente iam morte, esse necessariam ad excusationem, addit Sotus: quia non est intentio Ecclesie infirmum priuare hoc sacramento (cuius usu ex attrito fieri potest contritus) & per consequens, nec urgente extrema necessitate prohibere quemquam, qui potest illud ministrare. Id quod locum habere potest etiam Parochus etiam inuitus, expresse non lens nec per se, nec per alium ministrare dummodo tamen vitetur violentia & scandalum; constetque illum inique id facere, & infirmum laborantem necessitate talis sacramenti, eodem dignum esse. Ita Suarez docet disputatione 44. sect. 2. n. 3. quia tunc non esset usurpatio iurisdictionis, sed defensio innocentiae. Et quamuis tunc Parochus ipse sit inuitus, tamen potest presumi, vel Episcopi, vel Summi Pontificis licentiam, ratificationem non desesse; quia non est verisimile Ecclesiam velle in eo casu priuare infirmum tam utili remedio, neque iniquitati eiusmodi pastoris fauere, aut ei tribuere tam rigorolum ius, contra spirituale salutem fidelium.

62. Restat dubitatio, An hoc sacramentum dari possit à multis Sacerdotibus simul: non enim tantum posse, sed etiam debere, videtur sequi ex eo, quod D. Iacobus loquatur plurimi numero, *Inducat presbyteros Ecclesie*. Sed in contrarium est decretum Alexandri tertii, relatum in cap. Quæfuit, De verborum signific. quod Sacerdos presente uno clero, ac etiam solus, possit infirmum ungere. D. autem Iacobus plurimi usus est pro singulari; vt unus illius, inducat aliquem ex Presbyteris: sicut cum dicitur, Qui agorat, vocet medicos, hoc est aliquis ex medicis. Sic enim dicuntur Matth. 27. latrones crucifixi cum Christo ci'improperasse: cum constet ex cap. 23. D. Luca unum tantum id fecisse: ita senus D. Matthæi esse debeat, latrones, id est, unus ex latronib. Aduerte autem ex D. Thomae & aliorum sententia, quam sequitur Suarez disput. 43. sect. 2. n. 5. valide conferri hoc sacramentum à pluribus Sacerdotibus, partialiter sic concurrentibus, vt unus faciat unam vel plures vocationes proferendo formas eius proportionatas, non ita omnes essentials: aliis vero supplet quæ defuerint. Quanquam id facere, cum repugnet communis usum Ecclesie, illicitum est, nisi necessitas aliqua excusat: vt si Sacerdos post peractas aliquas vocationes moriatur, aut propter aliquod impedientium omnes persequi nequeat. Tunc enim alter Sacerdos peragere debet eas vocationes quæ restant, neque iam peractas repeteret: vt pote ex se sufficientes in suo gradu ad verum sacramentum perficiendum. Suum enim significationem & perfectionem partiale habuerunt, vt patet ex eo quod sacramentum completius fuisse ac perfectum, si ceteræ ad illius constitutionem requisitæ, sufficient illis eis codem Ministro additæ. Sicut ergo commune est huic sacramento, cum sacramento Eucharistiae, vt plures habeat materias & formas partiales: ita etiam est, vt confectio unius partis illis (quam in ex se valida) non debeat repeti, si neque atidem Sacerdos ceteras eis adiungere, oporteatque ad integrum sacramenti confectionem, alium Sacerdotem supplere defecum ipsius. Videri potest in seq. n. 6. & 7. idem Suarez: & in consequenti octavo de eo; possitne istud sacramentum

censeri validum, si à pluribus simul Sacerdotibus conficiatur: sic nimis ut dum unus vngit oculos, alius vngat narce, & sis de aliis. Quod quidem illicitum esse & necessitate vngente reddi licitum sicut antedictum, parvum idem author censet. Fundamentum vero est, quod ex ante dictis, nec ordo inter vocationes, nec unitas ministri requiratur de necessitate ad validitatem huius sacramenti.

## CAPUT XI.

Derecipientibus sacramentum Extremæ vocationis.

## SUMMARIUM.

63. Extremæ vocatione non est conferenda mortuo. In dubio de morte, dari potest sub conditione.
64. Cui vino conferri debeat.
65. Documenta aliquot de eo qui cum ante a haberet, amissum rationis in infirmitate: possitne ei administrari istud sacramentum.
66. Solus infirmus capax est huius sacramenti.
67. Explicatio difficultatis, An de necessitate sacramentis, ut infirmitas illum constitutat in periculo mortis.
68. Non dari hac sacramentum damnatis ad mortem, nec negligaturis periculis.
69. Senibus moribundis dari potest: itemque iis qui nunquam peccarunt actua iter.
70. Quæ partes corporis sunt vngendae in administrati. ne Extremæ vocationis.

**N**O T A N D V M est primo, non esse conferendum hoc sacramentum iam vita functo. Ratio est, quia sacramenta sunt medicinae pro solis viatoribus instituta, ut iam docuimus libro 26. cap. 7. in initio. Cum vero de aliquo dubitatur an mortuus sit nec ne, ei conferri potest sub conditione. Si non es mortuus, &c. iuxta communem Theologorum & Summulariorum sententiam, ut habet Suarez disputatione 42. sect. 1. sub initium. Rationem addens, quia per eam conditionem adiunctam, tollitur omne periculum irrogandi sacramento iniuriam, & interea subuenitur proximo de magno subsidio sua salutis, cuius forte adhuc capax est.

Notandum est secundo, sacramentum hoc non nisi baptizato conferendum esse: cum baptismus ianua sit sacramentorum: neque omni baptizato, sed tantum ei qui ratione usum habeat, vel alias habuerit. Illius enim capaces non esse infantes, nec perpetuo amentes, sicut nec sunt, aut fuerunt rationis; communis est, ut in ead. sect. n. 3. Suarez monit, Theologorum consensus in 4. dist. 23. uno Ioanne Maiore excepto, qui contrarium tenens, repugnat ut Ecclesie consuetudini, sic & rationi: quia sicut tales non sunt capaces poenitentiae: ita nec Extremæ vocationis, quæ est sacramentum consummatum poenitentiae, quemadmodum habet Concilium Tridentinum sess. 14. in initio doctrinæ de Extrema vocatione. Accedit quod non sunt capaces primarij effectus huius sacramenti: qui est, ut ante ex ipso Concilio Tridenti, proposulimus initio capituli quarti, si quid ex peccatis supererit expiadum illud abstergere, & animum infirmi allueiri, & confortare: excitando in eo magnam diuinam misericordiam fiduciam, quia morbi incommoda leuius erat, & temptationibus diaboli facilius resistat. Quæ omnia supponunt rationis usum: ante quem non contingit peccare actu, aut fiduciam diuinam misericordiam concipere, aut diabolico temptationibus resistere. Et dare sacramentum ei in quo non potest suum primarium effectum habere, facilem est.

Notandum est tertio, difficultatem esse. Num ei qui habuit vsum rationis, dari possit hoc sacramentum, si in extremis constitutus, ipsum rationis usum amiserit, nec sit compus sui. De qua tenenda sunt haec documenta pro praxi.

Primum est, Secundum communem Theologorum sententiam, Suarez habet ibidem n. 5. ad huius sacramenti sublationem sufficere, ut recipiens capax fuerit peccata & malis, deuotionis, temptationis, & resistentiae, itemque fiduciae in Deum: neque obstat, quod hic & nunc tales actus exercere nequeat;

quia

qua etiam sita ex parte sacramentum illud non iuuet ipsum actu, iugat tamen quod aliud pertinens ad eiusdem sacramenti. Cum, si acme praepiuum, nempe ad remissionem peccatorum actualium: qua forte ext. eme indigeret; sive quia sacramentum penitentiae ei applicari non potuit; sive quia non satis efficaciter applicatum est ob aliquam penitentis indispositionem. Iam vero inter pertinentia ad memoratum finem praecepit, ponitur supplerem vices sacramenti penitentiae. Accedit Ecclesie vius fr. quens, quo iuuari solent hoc sacramento illi, qui nequeunt alia sacramenta suscipere, eo quod desituum sint omni ratione: viu.

Secundum documentum est: Quod licet ad hoc sacramentum recipiendum necessaria sit intentio, immo & petitio recipientis, iuxta illud D. Iacobii ap. 5. Inducat Presbyteros Ecclesie; eam tamen actuali seu formaliter esse, non requiri necessario; sed posse sufficere virtualiter seu interpretari, id est, ex Nauar. in Encir. cap. 22. nu. 13. si tunc petierit, aut petiturus fuisset si meminisset: aut, ut habeat Suarez. 6. si aliqua signa contritionis dederit, vel fidelis qui probabilitate per suum tempus in quo hoc sacramentum recipiendum dispositus; ut presumi potest, quoniam non constat contrarium: quia qui malus non probatur, bona nescire presumitur.

Tertium documentum est: quod dicitur D. Thoma, in sequenti nu. 7. Suarez habet. Cuiandum esse ut hoc sacramentum fidibus decur eo tempore, quod adhuc sunt sui compotes, & cognoscere possint quid circa se agatur: & ad deuotionem & fiduciam in Dei misericordia excitari.

Quatum est. Hoc sacramentum non esse dandum ei, quem constat amissione rationis viuam in malo statu & ideo indispositum esse ad illius esse. Cum: tanquam cum qui ne implicite quidem seu interpretative, illud salutis remedium perierit, saltem per signa attritionis, & bona vita. De hoc idem Suarez consequatur in nu. 8.

Vtimum est, quod idem habet adhuc consequenter nu. 9. Timendum esse in huius sacramenti administratione indecentiam & immunditiam corporalem: cuius periculum potest maxime in phreneticorum uincione contingere. Quae quantum esse debet, ut censurem impide sacramentum huius collationem ob eius irreuerentiam (cui postponenda est private personae utilitas) prudentia ministri relinquitur ponderandum.

Notandum est quarto, neque omnem baptizatum qui ratione uatur aut rationis viuam habuerit, capacem efficiens sacramentum: sed solum infirmum de vita pertinenter: id quod communis consenserit, ut habeat Suarez discur. 42. seq. 2. nu. 3. à Theologis receptum est per illud D. Iacobii c. 5. Confirmatur quis in vobis.] Quod & expressum est à Concilio Florent. in instruct. Armen. his verbis: Hoc sacramentum nisi infirmo de cuius morte timetur dari non debet. Et à Concil. Trid. seq. 14. De Extrema uict. cap. 3. his verbis declaratur etiam, hanc uincionem infirmis, esse adhibendum. Illis vero propter certum qui tam periculose decumbunt, ut in exitu vite videantur, constituti vnde & sacramentum exuentum nuncupatur. Ad hoc autem sacramentum infirmitatem in suscipiente requiri de necessitate sacramenti; tantum invalidum sit collatum fano, communis est quoque Theologorum confessus: quia id perinde inferri potest ex verbis D. Iacobii, ac interfert eisdem sacramenti ministrum esse solum Presbyterum. Ideo etiam habetur ex communione Ecclesie viu: ex quo, in Pontificali Romano, & in cap. Vno De sacra uincione, materia huius sacramenti vocatur oleum infirmorum.

An vero de necessitate quoque sacramenti requiratur ut infirmitas sit talis, que infirmum constituit in periculo mortis, dubium est: de quo Suarez in ead. seq. iudicat probabiliter id etiam requiri: cum sacramentum hoc institutum sit tanquam ultimum remedium hominum infirmorum: quo in grauissimo mortis periculo iuuentur, & ad gloria introitum quoad fieri potest disponantur. Vnde minimum requiritur hominem in a decubente, vnde ex tali infirmitate non possit mortaliter timeri quantum est ex natura talis & ita in talis subiect. Accedit, quod si sacramentum hoc possit valide dari cuiuslibet & grotani morbo communis & ordinario, posse & licite dari. Nec enim ratio est de

sicut cur eis negari deberet, quandoquidem in eo non fieri iniuria sacramento, seruariis aliis ad ipsius necessariis. At communis Ecclesie viu ab omnibus Doctoribus approbatus habet, ut hoc idem sacramentum iis tantum infirmis conferatur quos infirmitas in graui mortis periculo constituit.

Veruntamen, ut idem Arbor nu. quinto suo unxit, quia de tali grauitate non potest haberi certitudine, quin ex arbitrio prudentis pendeat: non est ex ea ita determinate spectanda sacramenti validitas, vt si forte infirmus aliquantulum prae mature vngatur, sacramentum propter nullum esse existimet. Præterim cum, etiam si ad illius debitam collationem oporteat expectare mortis grauitatem & mortis periculum: non tamen illud tempus in quo iam confiter ipsum vngendum, non posse naturaliter uiuere: quia cum sacramentum hoc, quoad effectum suum secundarium, insitutum ad rectitudinem infirmo sanitatem: non est consantaneum ratione, ut ad illud conferendum expectetur tempus in quo fore, manifeste necessarium est miraculum, ut talem effectum producat: quia in eo quodammodo tentaretur Deus, & de virtute sacramenti experientia queratur. Quid verumque est a ratione alienum?

Notandum est quinto, Cum solus infirmus sit huius sacramenti capax, non esse ob periculum mortis violentæ, damnatis ad mortem conferendum: neque bellaturis, aut nauigaturis cum probabili mortis periculo. Ita omnes Doctores sentire notat Suarez in ead. seq. 2. nu. 6. Addens ex omnium quoque sententia, aliud esse deiis qui per violentiam factam, incident in morbum. Nam homo vere infirmus, vnde cumque infirmitas ortum habuerit, capax est humi sacramenti. Ecce, inquit ille, cum aliquis lethabile vulnerum accepit, & est in periculo mortis, vngendus est: quia iam vere agrotat, etiam si causa agritudo invenitur, violenta, quod accidentarium est. Idem pari ratione dici debet de muliere prægnante, ob partus dolores constituta iudicio medicorum, in probabili mortis periculo: vix enim contingit tale periculum esse sine agritudine nata ex tortione & vexatione partium inferiorum. Idem etiam, & maior ratione, de eo qui subito morbo correptus de vita periclitatur: quoniam ea subita infirmitas, est vere infirmitas.

Si quereras, an hoc sacramentum dari possit iij, qui ex solo senio versantis in probabili mortis periculo? Respondeatur posse, ex Tabibena in verba uincione §. 6. nam sensum est quoddam morbi genus. Posse quoque dari ei qui nunquam aequaliter peccauit, pluribus autem in eam sententiam citatis doceat Suarez. Eliquis in parte eiusdem sectionis 2. a. nu. 7. Quia in re tanquam speculationis scholasticæ non immorabitur. Sufficit nobis D. Iacobus cap. 5. id institutum esse cum dixit. Et si in peccatis sit, dimittuntur ei. Lector enim illa conditionalis nihil ponit in esse: & ad summum supponit possibiliter peccandi, aut reliquias peccati, que non dubitabant inesse, saltem peccati originalis.

Notandum est postremo (de quo idem in sequenti seq. 3.) ad conficiendum hoc sacramentum, non esse quidem necessarium totum corpus hominis vngere, prout comitat ex communione Ecclesie viu: attamen liberam non esse ministri, quas voluerit partes vngere; sed luxuriam numerum quinque uincionum, quas antea diximus, ad substantiam huius sacramenti pertinere, quinque partes determinatas vngendas esse: nempe quinque organa corporis. Id enim esse ex Christi institutione, manifestatur sufficiere per viu & traditionem Ecclesie. Et fuerit ratio, quia tales uinciones applicantur per modum curationis adhibenda radice morbi. Cum ergo radix & origo peccatorum, ad quorum curationem illæ instituuntur, sit in quinque sensibus: consentaneum est in horum organis illas fieri, prout habet Ecclesie viu: & Concilii Florent. in instruct. Armen. satis significauit per ea quæ ex codice retulimus in præcedenti nu. 54.

Sed obici potest: quod si hoc sacramentum tale quid requiratur, fieri viis qui est trunci manibus, non sit illius capax. Respondendum est ex omnibus Doctorum ut habeat Suarez sententiam: tunc uincionem faciendam esse in parte propinquâ, prout vius Ecclesie confirmat. Et ratio ostendit, quia cum talis homo non minus egeat huius sacramenti fructa, quæ si membra integra haberet: consentaneum

NAL  
XIS

est de illius institutione taliter sentire: ut tales minime excludat: præferim cum nihil virga in contrarium, sicut virgeret in sacramento ordinis, quod in suscipiente requirit manus: non tantum adunctionem qua consecratur, sed etiam ad executionem operis, ad quod consecratur, ut ad Missæ celebrationem.

## CAPUT VLTIMVM.

## De obligationibus circa Extrema vunctionis usum.

## SUMMARIUM.

- 71 Obligatio ad huius sacramenti susceptionem non est sub mortali.
- 72 Duo casus excepti.
- 73 Dispositio ad eamdem susceptionem per penitentiam.
- 74 Quatenus obligatio sit, susceptioni Extrema vunctionis praemittere administrationem sacramentorum Penitentie & Eucharistie.
- 75 Receptio Eucharistie post Extremam vunctionem.
- 76 De ordine sumendi sacramenta Penitentie, Eucharistie, & Extrema vunctionis cum infirmis est omnium illorum capax.
- 77 Ex officio Parochus & nonnunquam Episcopus tenet hoc sacramentum ministrire: aly solum ex charitate, vbi vterque illorum debet.
- 78 Requisita in ministrante hoc sacramentum & ritus seruandi in eo.

**H**uc pertinent quæ latius tractat. Suarez to. 4. disput. 44. Quæ pro præxi quotidiana sufficiunt complectetur sequentibus documentis.

Primum est: Ad huius sacramenti susceptionem fideles non obligari sub mortali. Nam talis obligatio neque sequitur ex natura rei, neque habetur ex aliquo præcepto. Prius patet, quia hoc sacramentum utile est quidem, non tamen necessarium ad salutem: & ideo per illius omissionem sine causa virgente factam, perderem in fructum quem à tali sacramento proferri habitum est in priore parte præcedentis capituli quarti, censetur prodigalitas quædam spiritualis, quæ non est de se peccatum mortale, cum sine eodem fructu possit eterna salus obtinere. Posterior vero, hoc est, nec talem obligationem ex aliquo speciali præcepto haberi. Ex eo probat Suarez, quod n. c. Christo, nec ab Ecclesia, quod piam tale impositum Theologi agnoscant.

Secundum est: Ex accidenti posse in duobus casibus peccatum mortale in predicta omissione interuenire. Prior est ratione scandali, seu quando aliqui inde efficaciter inducerent ad parupendendum hoc sacramentum, vel ad generaliter negligendum remedia sua salutis: vel ad iudicandum temere, & cum publica detractione de salute spirituali proximi, & sic de similibus. Posterior casus est, quando contemptu sacramentum istud ostenditur. De quo Concilium Trid. sess. 14. De Extrema vunctione cap. 3, his verbis: Nec vero tanti sacramenti contemptus absque ingenti scelere, & ipsius Spiritus sancti iniuria esse posset. Ad quem contemptum aliqui purarunt sufficere, quod quis sciens & aduentus, directe nolit sacramentum hoc recipere. Sed Suarez vult talem quoque à mortali excusari posse: si ideo tantum nolit, quod se ad eam susceptionem sciat non adstringi sub mortali, & aliunde difficultatem ac repugniam sentiat. Qua sola de causa omittens, non dicitur omittere ex contemptu propriæ dictæ, ad quod vltius requiritur, vñquis parupendat sacramentum, & fructus eius: quodquidem vix potest cuiquam contingere, quin aliquo errore vel heresi labore circa idem sacramentum.

Tertium documentum est: Cum istud sacramentum sit de numero eorum quæ dicuntur sacramenta viuorum, seu existentium in gratia, ipsum non esse suscipiendum cum conscientia peccati mortalis. Vnde fit vt penitentia, quam cum intentione debita re & aqua fide prærequirit in infirmo (si infirmitas non admetit ei rationis vium, & ille se mortali peccasse meminit) debeat esse contrito saltem existi, perinde ac in præcedenti num. 34. diximus de con-

firmatione: cum qua coacedit, quod institutum ad confirmationem sacramenti penitentie, sicut confirmationis ipsa ad perfectionem baptismi, conferendo scilicet gratia augmentationem.

Quatum est: Vt si receptum quidem esse, vt ante' administrationem Extreme vunctionis administrantur sacramenta Penitentie & Eucharistie: non videri tamen peccatum mortale talem ordinem immutare, si id minime facere contempsu. Hoe Suarez in cit disput. se. Et. 1. num. 8. probat: tum quia talis ordo non est res admodum grauis: tum quia non est necessarius ex natura rei. Nam sine susceptione sacramentorum Penitentie & Eucharistie, infirmis potest per contritionem sufficienriter disponi ad susceptionem Extreme vunctionis, sicut & Confirmationis, tanquam diuinæ gracie non ponens obicem: tum quia non invenitur ea de re præceptum indubitatum: nec item constat ignoratum sum, seu consuetudinem feruari sub apprehensione obligationis: sed solum quia dispositio rerum ita postulat: cum sacramentum hoc sit excentum, & duo alia quasi præparantium se ad exitum, deposito onere peccatorum & sumpto viatico.

Quicquid autem sit, retinenda est in præxi recepta consuetudo, que prius administrantur infirmo Penitentie & Eucharistie sacramenta, quam Extreme vunctionis: nisi quem infirmitas sic opprimat, vt nulla dans signa, non possit fieri particeps sacramenti Penitentie: & multo minus sacramenti Eucharistie. Cuius suscepit alius quoque de causis potest in infirmo impediti, vt ob periculum vomitus, vel defecatum iudicis sufficientis ad deuotionem, quam requirit tam digni Sacramenti suscepit. Taliter enim infirmo, in sua spirituali necessitate subvenitur per Extreme vunctionem, sine præmissione duorum illorum sacramentorum. Quod intellige iuxta dicenda in proxime sequenti libro, num. 78. & 79.

Iam si remissa vi morbi, fieret illorum capax, deberent ei administrari. Nam extreme vunctionis sumptio non est impedimentum sumendi alia sacram, quando nihil aliud obflat. Et ita si infirmus post acceptam Extreme vunctionem labatur in peccatum mortale, non tantum potest, sed etiam tenetur sacramentaliter confiteri. Similiter si Eucharistiam petat, etiamsi illam iam ante' receperit, non est neganda si nihil aliud obflat, prout notat in fine citati numeri octau Suarez.

Quintum documentum est: Cum peccatorum mortali un confesso & Eucharistie sumptio sint in præcepto obligante sub mortali, pro mortis articulo, in quo conferenda est extrema vunctione: si aliquando tantum periculum est, vt timeretur non futurum tempus pro omnibus mortalibus, quorum quis sibi conscius sit. Eam vero de præcepto debere Eucharistie præmitti, constat ex Concilio Trid. sess. 13, cap. 7. Præmittendam autem esse tunc Eucharistie sumptiem, Extreme vunctionis sumptioni tanquam multo magis requisitanam, patet ex eo quod sumptio ipsa Eucharistie tunc posita sit in præcepto: & ideo non tantum utilis, sed etiam necessaria sit ad vitandum peccatum mortale: si non aliud, saltem illud sub quo tale præceptum obligat. Sumptio vero Extreme vunctionis, ne tunc quidem sit in præcepto, iuxta habita in principio huius capituli.

Sextum documentum est: Parochos solos teneri; per se loquendo, ad huius sacramenti ministracionem. Atq; quod ipsi de se teneantur, patet: quia ex officio, & ideo ex iustitia ministrare, qualia sunt sacramenta quæ Christus pro omnibus fidelibus reliquit: & quorum administratio est in Ecclesiæ ordinario vñ, quando secundum regiam rationem & opportuno tempore peruntur: sicut Extreme vunctione petitur ab ægroti, qui gravi infirmitate laborans periclitatur de vita. Quod autem de se soli Parochi administrare teneantur, patet: quia alii non habent officium, ex quo officia eiusmodi obligatio. Quamquam specialis ratio est de Episcopis, vt Suarez monet sess. 2. num. 2. cum ipsi quoque sint pastores an-

marum: ideoque ex iustitia teneantur curam earum habere. Sic enim sit ut Parochis, quia sunt ipsorum coadiutores, deficiensibus, ad ipsos redire obligatio prouidendi oibis, siue per alios siue etiam per seipatos: nisi forte iusta habeant impedimenta quae excusent. Monet etiam bene idem Suarez, alios idoneos, ex accidenti obligari quoque ad hoc sacramentum ministrandum: nam cum non adest Parochus qui tale ministerium exerceat: tunc enim proximus conscientias est in graui necessitate constitutus: cui subuenienti obligatio per preceptum charitatis imponitur.

Septimum documentum est: Ministrantem istud sacramentum, obligari ad se bene disponendum: ita ut peccati mortalis conscientia habens, teneatur se ad statutum gratiae saltem per contritionem, disponere. Itemque obligari, non nisi conuenienter disposito ministrare, ac denique seruare

ritus ab Ecclesia prescriptos, vel consuetudine laudabili recentes. Ad huius confirmationem & plena intelligentiam, videnda sunt dicta in praedicti. 26. c. ultimo docum. 9. & 10. 15.

Ritus autem illi sunt: ut fiant septem vocationes certo ordine & modo cum prolatione verborum sacramentalium. Item ut illi premittantur, vel post illos addantur Psalmi & orationes. Et demum ut fiant cum vestibus sacris in Ecclesia usita: sive verbis gratia, cum superpelliceo & stola, nonnullisque aliis qui notantur in Rituali. De quibus motet Suarez sub finem citata sectione 2. cum urget necessitas posse cum solis essentialibus (additis postea accidentalibus, hoc est, Psalmis & precibus) sacramentum conferri, non tamen sine sacerdotali ornatu, iudicio prudentis requisito ad reuertentiam sacramento debitam, contra quam utilitatii hominis seruendum non est.

F I N I S.

# LIBER QUARTVS, ET TOTIVS OPERIS VIGE- SIMVS NONVS.

DE SACROSACVENTO EVCHARISTIAE SACRAMENTO

P R O O E M I V M .

**D**e hoc differentes authores magno numero Henriquez referunturmo 1. Theologia moralis initio libri octaui, quibus accessit Suarez ad 3. par. D. Thomae tomo 3. à disput. 39. ad finem usque. Cuius potissimum tanquam recentioris, docti & diligentis, lectabimur vestigia. Considerabimus autem 1. absolute sacramentum ipsum. 2. eiusdem materialiam. 3. formam. 4. ministrum. 5. recipientes. 6. effectus. 7. Missa celebrationem, tanquam solemnem ritum, cum Quo consecranda est Eucharistia ipsa. Quam methodum D. Thomas seruat in 3. par. quest. 73. & aliquot sequentibus.

## C A P V T I .

De ipso Eucharistie sacramento absolute.

S V M M A R I V M .

1. Principia nomina quibus sacramentum hoc significatur.
2. Quod sacramentum Eucharistie non sit conformatio, nec sumptu corporis & sanguinis Christi, nec sola species sensibilis, nec solum corpus & solus sanguis Christi.
3. Est quid aggregatum ex speciebus panis & vieni, & ex corpore & sanguine Christi.
4. Varias differentias inter Eucharistiam & alias sacramenta.
5. Eu. huius. sac. me: rerum omnium dignissimum, in quo est Christus verus Deus.
6. Eucharistia sacramentum unum est ad eum modum, quo refectio corporalis ex cibo & potu, una est.
7. Differentia tamen hoc nomine, quod in Eucharistia tantundem sumatur altera: utra specie, quantum sub virga.
8. Sumptio Eucharistie nec scaria quidem est necessitate precepti, non tamen necessitate medietate.
9. De tempore quo instituta est a Christo Domino nostro sacra facta Eucharistia.
10. Figura buina sacramenti tam legis naturae; quam Mos. i.e.c.

**C**irca ipsum Eucharistie sacramentum D. Thomas in citata quest. 73. sex considerat, nomen, naturam, uirtutem, necessitatem, institutionem, & figuram.

## S E C T I O I .

De nominibus sacramenti Euch. istie.

Q uod attinet ad primū, varia habentur huic sacramenti nomina, indicantia dignitatem & fructus eius.

Quatuor vero censentur principia, quorum in D. Th. meminit art. 4. in cuius commentarij alia ex Patribus Suarez adiungit: Quia igitur sacramentum hoc significat; tum praeteritam Christi passionem; tum presentem gratiam & mystici corporis Christi (Ecclesiae in quam unitatem, tum deum futuram gloriam: *qua omnia nequiverunt uno nomine conuenienter expl. ex *ipsum dicitur, tum sacrificium, vel hostia, quatenus significat passionem Christi, qui ut mortuus, pro hominibus Deo Paci offertur in Missa pro salute vivorum & mortuorum; tum synaxis, seu communio; quatenus significat unionem fidelium inter se, & cum Christianorum etiam Eucharistie, id est, bona gratia, quatenus realiter continet Christum Dominum, qui est plenissimus gratia & fons gratiarum omnium: tum deum unitum, quatenus nos preparat ad gloriam: ad eam enim praebet viam, per gratiam reflectionis spiritualis quam confert. Quo nomine maxime solet dari ex eundem ex hac vita.**

## S E C T I O II .

De natura sacramenti Euch. istie.

Q uod attinet ad secundum docendum est: tum quod sit sacramentum Eucharistie, tum in quo differat ab aliis sacramentis.

De priore, quod Eucharistia sit verum ac proprium nouæ legis sacramentum, ne quidem Sectarij negant, patentes per authoritates sacrae Scripturae, Conciliorum, & Patrum, quas habet Suarez disput. 39. sect. 3. et que aperte definitio Concilij Florent. in instruct. Armenorū. & Concil.

Triden.

NAL  
XIS

12  
BEN. 11